ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS XXX - SERIES II - VOL. V

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M · DCCCC · XXXVIII

AÄ. et vol. XXX 3L Ianuarii 1938 (Ser. II, v. V) - Num. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE HANKOW

VICARIATUS APOSTOLICUS DE HANKOW IN SINIS DISMEMBRATAE ET NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA « DE SUIHSIEN ».

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo christiani gregis bono satius provideatur, fideique prolatandae facilius consulatur, in illis potissimum catholici orbis regionibus nondum penitus Evangelii lumine collustratis, quam maxime prodesse constat Pastorum numerum augere, si id rerum ac locorum adiuncta exigere videantur. Iamvero quum venerabilis Frater Eugenius Massi, Episcopus titularis loppitanus et Vicarius Apostolicus de Hankow in Sinis, supplices Apostolicae Sedi porrexerit preces, ut ex amplissimo sui Vicariatus territorio, in quo ingens animarum numerus exstat ipsam evangelicam lucem ardenter cupientium, septentrionalis et occidentalis partes distraherentur et exinde nova erigeretur sui iuris Missio, Fratrum Minorum Ordini committenda, cuius sodales Missionarii e regulari provincia de Hybernia plures iam annos ibidem impense adlaborant, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. **R.** E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, attentaque venerabilis Fratris Marii Zanin, Archiepiscopi titularis Traianopolitani in Rhodope,

Delegati Apostolici in Sinis, commendatione, omnibus mature perpensis, oblatis Nobis precibus praefatis annuere, statuimus. Quare, suppleto quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia ac de supremae Nostrae potestatis plenitudine, ex Apostolici quem supra diximus Vicariatus de Hankow territorio subpraefecturas de *Suihsien^ Ingshanhsien* et *Anluhsien*, ad civilem provinciam de *Eupeh* pertinentes, disiungimus ac separamus, earumque territorium in novam erigimus Praefecturam Apostolicam, iisdem terminatam finibus; quibus praefatae subpraefecturae civiles, quamque a principe civilis subpraefecturae eiusdem nominis urbe, de *ßuihsien* nuncupandam decernimus eamque apostolicis praefati Ordinis Fratrum Minorum Provinciae de Hybermia sodalium curis, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, concredimus. Novae huic igitur Praefecturae de Suihsien eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis, omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae et illarum Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis, etiam'impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die decima septima mensis Iunii, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**

Reg. in Canc. Ap., Vol. LVII, n. 82 - G. **Stara Tedde.**

II

OSAKAENSIS

DIOECESIS OSAKAENSIS IN IAPONIA DISMEMBRATUR ET NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA « DE KYOTO ».

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quidquid ad spirituale dominici gregis regimen facilius gerendum atque catholicum nomen magis provehendum spectare dignoscit Romanus Pontifex, ob suum, quo fungitur supremi apostolatus munus, sollicito studio maturare suevit, pro illis potissimum Ecclesiis, quae inter infideles gentes adhuc exstant. Iam vero, quum in ampla incolisque frequenti dioecesi Osàkaënsi, in Iaponia, apostolici operarii Societatis Parisiensis Missionum ad exteras gentes, cui est illa concredita, et dioecesani sacerdotes ex ipsa iaponica gente delecti, quamvis animarum studio fervidi, numero tamen impares sint tam magno dominico agro excolendo, aliquot iam annos, de consilio venerabilis Fratris Eduardi Mooney, nunc Archiepiscopi Detroitensis, tunc temporis Delegati Apostolici in Iaponia, Sedes Apostolica, auditis quorum interesset, illius dioecesis partem committendam censuit apostolicis Societatis de Maryknoll pro Missionibus Exteris curis. In praesentiarum vero Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consulto, attentisque sententiis venerabilium Fratrum tum Pauli Marella, Archiepiscopi Titularis Docleensis, Delegati Apostolici in Iaponia, tum Ioannis Baptistae Castanier, Episcopi Osakaënsis, nec non dilectorum Filiorum Moderatorum Societatum, quas supra diximus, Parisiensis et de Maryknoll, re quam attentissime perpensa, ex illa dioecesi Osàkaënsi territorium distrahendum duximus, totam civilem Praefecturam de *Shiga* et civilis Praefecturae de *Kyoto* partem complectens, illudque in novam Praefecturam Apostolicam erigendum. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum interest vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, ex dioecesis Osakaënsis territorio totam civilem Praefecturam de *SMga* distrahimus, nec non Provinciae civilis de *Kyoto* partem, complectentem una cum ipsa urbe *Kyoto* civiles subpraefecturas (vulgo *gun)* de *Atago, Funai, Kadono, KitaJcuioada, Minamilcuwada,*

Otolcunij Zagara, Shisaino^ TsusuM, TJji, quod quidem territorium in Apostolicam Praefecturam erigimus et constituimus; eamque ab urbe *Kyoto « de Kyoto* » nuncupari iubemus, et praefatae Societati de Maryknoll pro Missionibus exteris, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, concredimus. Novae huic igitur Praefecturae *de Kyoto* eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis, omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae Apostolicae et illarum Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vera ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die decima septima mensis Iunii, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Vincentius Bianchi-Oagliesi, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

***Reg. in Canc. Ap., Vol. LVII, n. 81* - G. Stara Tedde.**

III

DE CHANGSHA

VICARIATUS APOSTOLICUS DB CHANGSHA DISMEMBRATUR ET NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA «DE SIANGTAN ».

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad evangelicam veritatem facilius inter infideles populos proferenda m absque dubio non parum iuvat latissima plerumque quarumdam Missionum territoria dividere et novas exinde constituere Missiones aliorum catholici nominis praeconum curis tradendas. Lubenti itaque animo enixas tum venerabilis Fratris Gaudentii Hyacinthi Stanchi, Episcopi titularis Pharbaethitani et Vicarii Apostolici de Changsha, tum dilecti Filii Leonardi Mariae Bello, Ordinis Fratrum Minorum Ministri Generalis, cui Missio illa concredita est, preces admittendas censuimus, quibus ab hac Apostolica Sede expostulat um est ut, tam ob nimiam illius Vicariatus territorii amplitudinem, quam ob ingentem animarum numerum, catholicam fidem amplecti cupientium, et exiguam suorum operariorum copiam, distracta ex eodem Vicariatu meridionalis pars in novam erigeretur Praefecturam Apostolicam, alius provinciae regularis ipsius Ordinis sodalibus concredendam. De venerabilium igitur Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio ac praehabito favorabili voto venerabilis Fratris Marii Zanin, Archiepiscopi titularis Traianopolitani in Rhodope et in Sinis Delegati Apostolici, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum, qui sua interesse praesumant, consensu, de apostolicae potestatis plenitudine, tenore praesentium, a Vicariatus Apostolici de Changsha territorio civiles subpraefecturas de *niangt&n, Siangsiang, JÀlìng, H en g shan, Yuhsien* et *Chaling* separamus ac seiungimus, earumque territorium ita distractum, iisdemque ac subpraefecturae illae finibus terminatimi, in novam erigimus ac constituimus Apostolicam Praefecturam, quam de *Biangtan,* a principe eiusdem nominis subpraefecturae urbe, nuncupari decernimus; eamque apostolicis Missionariorum praefati Ordinis Fratrum Minorum curis, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis beneplacitum, committimus. Huic ergo novae Praefecturae Apostolicae de Siangtan eiusque pro tempore Antistitibus omnia tribuimus iura,

privilegia, honores et potestates quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstrmgimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si exhibitae ipsaemet vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die prima mensis Iulii, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LV1I, n. 39 - **Al. Trussardl.**

IV

DE LOANGWA

MISSIO « SUI IURIS » DE LOANGWA^ FINIBUS IMMUTATIS, AD VICARIATUS APOSTOLICI GRADUM ET DIGNITATEM EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Enascentium Ecclesiarum in regionibus nondum evangelica luce penitus collustratis regimini earumque profectui non parum sane iuvat recta illarum circumscriptio, quae magis rerum locorumque adiunctis idonea videatur. Oportet autem ad maioris dignitatis gradum evehere

quamlibet ex iisdem ecclesiis, in qua magis catholicum nomen profecerit. Quum itaque propter novae Praefecturae Apostolicae de *Fort Jameson* erectionem, Apostolicis sub plumbo Litteris *Quo in Rhodesiae* a Nobis hac ipsa die peractam, a Missionis sui iuris de *Loangwa* territorio districtus de *Lundazi* seiunctus sit, et ob limitum Vicariatus Apostolici de *Nyassa* immutationem, alteris Nostris Litteris *Recta Ecclesiarum,* eadem die datis, ab ipsa sui iuris Missione item seiuncti sint districtus de *Nort Nyassa, West Nyassa, Mbonihera Mzimba* et *Kasungu,* opportunum visum est ad novam procedere finium delimitationem inter eamdem de *Loangwa* Missionem et finitimos Vicariatum Apostolicum de *Bangweolo* ac Praefecturam Apostolicam *de Broken-Hill.* Attento insuper catholicae rei profectu, qui in Missione illa studio et labore potissimum Societatis Missionariorum Africae Evangelii praeconum hucusque est obtentus, opportunum quoque et congruum existimavimus, quo maiora christifideles illi spiritualia habeant^subsidia, ad Vicariatus Apostolici gradum et dignitatem Missionem ipsam evehere. De venerabilium igitur Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, re mature perpensa, suppleto, quatenus opus sit. quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, a Vicariatu Apostolico de Bangweolo districtum de *Abercorn,* missione de *Rosa* excepta, seiungimus, itemque a Praefectura Apostolica de Broken-Hill illa.m districtus de *Seren je* partem, usque nunc ad eamdem Praefecturam pertinentem, distrahi mus atque territoria haec Missioni sui iuris de Loangwa unimus et adnectimus. Eamdem Missionem insuper, ita finibus immutatam, in Vicariatus Apostolici gradum ac dignitatem, eodem servato nomine, evehimus, erigimus et constituimus eumque praefatae Societati Missionariorum Africae, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, etiam in posterum concreditum volumus ac tenore praesentium concredimus. Huic ergo novo Vicariatui de Loangwa eiusque pro tempore Antistitibus omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Praesules iure'communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si exhibitae ipsaemet vel ostensae forent. Nemini autem hanc

paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die prima mensis Iulii, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LVII, n. J,5 **- Al. Txussardi.**

V

DE TSINGTAO

VICARIATUS APOSTOLICUS DE TSINGTAO DISMEMBRATUR ET NOVUS ERIGITUR VICARIATUS APOSTOLICUS « DE ICHOWETJ ».

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DET

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo maiores percipiantur fructus ex Evangelii praeconum praedicatione sedulo in latissimis plerumque inter infideles populos Missionum territoriis adlaborantium, certo sane iuvat territoria illa aliquando dividere Praesulumque numerum augere. Quum itaque venerabilis Frater Georgius Weig, Episcopus titularis Antandrimis et Vicarius Apostolicus de Tsingtao in Sinis, huic Apostolicae Sedi preces porrexerit ut tum propter nimiam sui Vicariatus amplitudinem, tum propter ingentem animarum numerum evangelicam lucem ardenter cupientium, meridionalis et occidentalis pars Vicariatus eiusdem distraheretur et in missionalem sui iuris circumscriptionem erigeretur, Nos, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Christiano Nomini Propagando praepositorum consilio, attentaque venerabilis Fratris Marii Zanin, Archiepiscopi titularis Traianopolitani in Ehodope et in Sinis Delegati A po-

stolici, commendatione, oblatis Nobis precibus libenter annuere censuimus, certam foventes spem id in animarum bonum et Christi regnum magis illic dilatandum obventurum fore. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, tenore praesentium, e Vicariatus Apostolici de Tsingtao territorio civiles sub praefecturas de *Ghuhsien. Istmi, Mengyin, Feihsien, Liny* et *Tancheng,* ad civilem praefecturam de *Shangtung* pertinentes, separamus ac disiungimus et exinde novum erigimus Vicariatum Apostolicum, iisdem finibus terminatum, quibus subpraefecturae illae civiles limitantur, et decernimus ut ab urbe *Icliowfu,* quae princeps est subpraefecturae de *Liny, « de Tchowfu))* nuncupetur. Illum autem Missionariis Societatis Verbi Divini, qui multos iam annos laudabili illic zelo adlaborant, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, concreditum volumus et concredimus. Novo huic igitur Vicariatui de Ichowfu eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis, omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus et illorum Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis, aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam, dismembrationis, erectionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare, praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, amno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die prima mensis Iulii, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Carolus Respighi, *Proton. Apost.*
Hannibal Franciscus Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LVII, n. 38 **- Al. Trussardi**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS HONESTATUR TEMPLUM IN HONOREM S. ANTONII, ORDINIS FRATRUM MINORUM, IN CIVITATE MEDIOLANENSI DEO DICATUM.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Romanorum Pontificum Decessorum Nostrorum vestigia persequentes, sacra templa, quae artis omne genus operibus exornata peculiari modo a christifidelibus celebrantur, data opportunitate perspicuis privilegiis ad pietatem in Deum et beatos coelites cum animorum fructu, quantum in Nobis est, provehendam, libenter honestamus. Quapropter cum moderator Longobarda^ Provinciae Minoriticae a Sancto Carolo Borromeo nuncupatae Nos edoceat postremis hisce temporibus Mediolanensi in civitate sacram Aedem esse exaedificatam, Conventui Minoritico, in eiusdem urbis via « Maroncelli » sito, adiectam, atque in honorem Sancti Antonii Patavini Deo dicatam, idemque templum stylo, uti aiunt, palladiano exstructum, molis amplitudine, marmorum splendore et omni excultam expolitumque artifìcio enitere, multisque altaribus affabre ornatis ditatum esse, precibus annuendum censemus moderatoris eiusdem qui a Nobis expostulat ut idem templum Basilicae Minoris titulo ac dignitate honestemus. Accedit praeterea quod huiusmodi preces, tam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Mediolanensium Archiepiscopus quam Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum, amplissimo suo «commendationis officio roborarunt. Qua re, audito quoque Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione, templum in honorem Sancti Antonii Patavini Deo dicatum et in civitate atque archidioecesi Mediolanensi situm, de Apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum ad titulum et dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, cum omnibus privilegiis quae huic titulo competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, vel pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque et nunc et inane fieri si quidquam secus,

super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter, sive ignoranter, attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die xvin m. Iulii, an. MCMXxxvn, Pontificatus Nostri decimo sexto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

S. PATRICIUS P. C. TOTIUS BATHURSTENSIS DIOECESIS PATRONUS CONSTITUITUR

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Romanum Pontificem decet precibus Episcoporum concedere, quae praesertim eo spectent ut christifidelium bono spirituali apte consulatur. Quapropter cum Venerabilis Frater Bathurstensium Episcopus ad Nos referat admodum esse in votis clero populoque suae dioecesis ut pro Nostra benignitate qua Patronum dioecesis Bathurstensis Sanctum Patricium Confessorem et Pontificem constituere velimus, Nos unice intenti in omne christifidelium bonum fovendum atque in gloriam provehendam Dei honoré Sanctorum suorum, votis memoratis annuendum ultro libenterque censemus. Itaque audito Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, omnibus rei momentis sedulo studio perpensis, praesentium Litterarum tenore deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, perpetuumque in modum, Sanctum Patricium Confessorem et Pontificem totius dioecesis Bathurstensis peculiarem apud Deum declaramus *Patronum* et constituimus, privilegiis honoribusque additis, quae huiusmodi coelestis patronatus propria sunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent seu pertinere poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die 1 mensis Septembris, an. MCMXXXVII; Pontificatus Nostri decimo sexto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

III

TITULUS CUM IURIBUS AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS TRIBUITUR CATHEDRALI TEMPLO BALTIMORENSI IN HONOREM B. MARIAE V. IN COELUM ASSUMPTAE DEO DICATUM.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Historicis constat documentis Baltimorensi in civitate ac regione intra fines Foederatarum Americae Septentrionalis Civitatum anno millesimo septingentésimo octuagesimo nono dioecesim constitutam esse, quae dein ad archidioecesis dignitatem anno millesimo octingentesimo octavo evecta est. Constat etiam priscis dioecesis temporibus templum sub titulo Sancti Petri Principis Apostolorum uti Cathedrale Baltimorense habitum esse, sed percrebrescente christifidelium catholicorum numero, hodiernae Aedis Cathedralis aedificium extrui quoque coeptum esse anno Dominicae Incarnationis millesimo octingentesimo sexto. Novae vero Cathedralis huius, anno tantum millesimo octingentesimo vicesimo primo expletae, die prima ac trigesima mensis maii eo ipso anno sollemnis consecratio evenit atque in honorem Beatae Mariae Virginis in coelum Assumptae Deo dedicatio. Sacrum idem aedificium elegantia formae atque amplitudine fulget : ad instar enim Basilicarum Almae Urbis erectum tribus peramplis tholis, duabus turribus, nec non pulcro peristylio columnis ionicis efformato decoratur, ulteriusque multis artis operibus picturisque haud parvi momenti etiam exornatur. Eodem in templo decem sunt celebrata Concilia Provincialia, nec non tria plenaria Foederatarum Americae Septentrionalis Civitatum Concilia, e Baltimorensi urbe vocata, in quibus multae leges ecclesiasticae disciplinares elaboratae atque ad tramitem iuris redactae sunt.

Neque praetereundum est ex Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Decreto Sedem Archiepiscopalem Baltimorensem « praerogativa loci » gaudere, ita ut Archiepiscopus ipse Baltimorensis prae omnibus Foederatarum Americae Septentrionalis Civitatum Archiepiscopis primus inter pares incedat; ac praeterea in Baltimorensi Cathedrali Rubrum Cardinalium Sanctae Romanae Ecclesiae Biretum duobus primis Delegatis Apostolicis in Americae Septentrionalis Foederatis Civitatibus impositum esse : eademque in Sacra Aede triginta quinque Episcopos consecratos esse ac plus quam duo millia sacerdotum sacrum presbyteratus Ordinem suscepisse. Hoc denique templum plures pretiosae sacraeque Reliquiae ornant ac supellex etiam copiosa; in eodemque clerus impiger in animorum ministerium sollertissime incumbit, magnas splendidasque re-

ligiosas functiones explet, quae ad augendam pietatem fidelium quam maxime iuvant. Conspicua merito Catholici christifideles observantia idem templum Cathedrale Baltimorense uti insigne Catholicae Ecclesiae monumentum prosequuntur, ac libenter propterea etiam Nos supplicem Archiepiscopi Baltimorensium, amplissimis suffragiis Delegati Apostolici Nostri in ipsis Foederatis Civitatibus auctum, libellum accepimus, quo ipse Archiepiscopus, vota quoque exprimens totius cleri populique sui, enixe Nos rogavit ut titulo privilegiisque Basilicae Minoris pro benignitate Nostra idem Cathedrale templum honestare dignemur. Conlatis igitur consiliis cum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, de certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum memoratum Baltimorense templum Cathedrale in honorem Beatae Mariae Virginis in coelum Assumptae Deo dicatum titulo privilegiisque *Basilicae Minoris* ad instar Basilicarum Minorum de Urbe decoramus. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare et fore, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die 1 mensis Septembris, an. MOMXxxvn., Pontificatus nostri decimo sexto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. IOANNEM TIT. S. BALBINAE S. R. E. PRESB. CARDINALEM VERDIER, ARCHIEPISCOPUM PARISIENSEM, QUEM LEGATUM MITTIT AD CONVENTUM MARIALEM IN MONASTERIUM DE AIGUEBELLE ORDINIS CISTERCENSIUM REFORMATORUM EX TOTA GALLIA INDICTUM.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Laetanti animo audivimus Cistercienses coenobitas ab Aqua pulchra, ut illius abbatiae octogies saecularia sollemnia concelebrent, Conventum Marialem parare. Quod quidem consilium sicut Nobis probatum est ita universis, qui per Galliae fines devoto religionis obsequio Deiparam colunt et Coenobium antiquitatis laude, rebus gestis, clarorum virorum memoria insigne norunt et diligunt. Cum vero stata celebritas fidei ardore, edisserendarum rerum pondere, adstantium sacrorum Antistitum et sacerdotum numero, populi frequentia magnifica prospiciatur, Valentinensis Episcopus, communium votorum interpres et nuntius, enixe Nos exoravit, ut sanctae laetitiae augentes coronam, Cardinalem a latere ad festa mittamus, qui Nostram ibi gerat personam. Cui optato libentissime annuentes, hasce per Litteras tibi, Dilecte Fili Noster, munus committimus, ut Nostro nomine Nostraque potestate Conventui Mariali praesis eidemque ore tuo, cui suavis est copia fandi. Nostra explices vota et salutares déferas adprecationes. Unde autem ineundo coetui laeta portendamus, praebet causam faustus istic recens memoratus eventus. Trecentis abhinc annis pernobilis Gallorum gens sese Dei Genetricis tutelae sceptroque dicavit. Quodsi terrestris alicuius reginae, quae civibus se benignam, mitem, munificam praestiterit, inditum nomen longas per aetates clarescit, quo studio, qua veneratione, qua observantia Gallis celebranda est coeli terraeque Domina, quae adstans in aetherea aula a dextris Filii sui Redemptoris nostri ac Regis in vestitu deaurato, supernarum administra gratiarum, tot in eorum patriam fudit miserationis et dementiae dona, quorum adfluentia nescit arescere, quia amor unde profluunt nescit tepere? Iustum idcirco verumque est consono eam magnificat praeconio, quoniam bona, quoniam in saeculum misericordia eius. In quo religionis obsequio cum iis omnibus, qui Mariali Conventui intererunt, devotissime coniuncti, ad Deiparam supplices voces et enixa vota

extollimus, ut misericordes oculos in dilectam Galliam iugiter flectat ac pergat tueri quam tam apertis crebrisque testimoniis pergit diligere. Arceat ab ea impietatis labem, omnium causam maiorum, ipsamque diuturnae christianae gloriae memorem maternae providentiae consilio et ductu arctius iungat cum Deo, a quo exire, mori, in quem redire reviviscere, in quo habitare vivere est. Haec Nostra auspicia, quae flagrans amor elicuit, prof er, Dilecte Fili Noster, Conventui Mariali interfuturis. Quo autem festa utiliora contingant, ultro id tibi tribuimus, ut Sacro pontificali ritu peracto, Nostro nomine adstantibus benedicas, plena admissorum venia proposita sueto Ecclesiae more lucranda. Plurimum demum cupientes, ut in absolvendo Legati Nostri munere haud parca solacia et merita metas, tibi coelestis gratiae praesidium adprecamur inque huius pignus Apostolicam Benedictionem impertimur.

Datum ex Arce Gandulphi apud Romam, die VII mensis Septembris anno MCMXXXVII, Pontificatus Nostri decimo sexto.

PIUS PP. XI

II

AD EXCMUM P. D. TITUM TROCCHI, ARCHIEPISCOPUM TIT. LACEDAEMONIENSEM EUMDEMQUE AUDITOREM GENERALEM CAMERAE APOSTOLICAE, OB QUINQUAGESIMUM NATALEM SACERDOTII EIUS.

PIUS PP. XI

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Iucundus profecto nuntius recens ad Nostras aures pervenit, te dena lustra proxime peractarum, ex quo primum Deo sacra hostia perlitasti. Haec enim faustitas praeclaram Nobis praebet occasionem, ut benevolentiam erga te Nostram denuo confirmemus, tibique ex animo publiceque gratulemur. Neque enim Nos latet, tam diuturnum sacerdotale ministerium te flagranti animarum studio iugiter obiisse, deque Ecclesia egregie meritum esse. In ipso quidem aetatis floré, sacris disciplinis patriisque litteris praestans sive moderatoris auctoritate, sive docendo scribendoque, in Nostro Seminario Romano eiusque scholis, inque aliis piis institutis, haud paucos adulescentium animos ad virtutem humanumque cultum finxisti; ac praeterea Missionariorum Imperialium Collegio adscitus, per sacras missiones atque exercitationes tot animas Deo comparasti. Postquam vero ad archiepiscopalem dignitatem à Decessore Nostro f. r. Benedicto xv evectus es, Apostolici Legati munere primum

apud Rempublicam Cubanam et Portoricensem, deinde apud Boliviensem, haud brevi temporis spatio perfunctus es, ac frugiferam sacerdotii industriam, praesertim concionando scriptisque in vulgus edendis, numquam intermisisti. Nos itaque, haec inter cetera promerita perspecta habentes, ut Nostram existimationem dilectionemque exhibeamus, Auditorem Generalem Apostolicae Camerae Nostroque Solio adstantem renuntiare voluimus. Nunc autem faustam istius iubilaei opportunitatem nacti, tibi, Venerabilis Frater, de sacro munere tam diu fructuoseque gesto libenti animo gratulamur, instantique prece Deum exoramus, ut vegetam tibi incolumemque senectam, longum adhuc in aevum, ad Christi fidelium utilitatem, ad Romani Nostri cleri exemplum ac decorem, benigne tueri velit. Cuius quidem caelestis praesidii auspex ac peculiaris Nostrae caritatis testis esto Apostolica Benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater, Capitulo Patriarchalis Basilicae Lateranensis, cuius ipse es Vicarius, tuisque coniunctis, amicis et quondam alumnis peramanter in Domino impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi apud Romam, die VIII mensis Septembris, in Nativitate Beatae Mariae Virginis, anno MDCCCCXXXVII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XI

SERMO*

QUEM SSMUS D. N. PIUS PAPA XI HABUIT DIE XXIV DECEMBRIS A. MCMXXXVII, IN PERVIGILIO NATIVITATIS D. N. IESU CHRISTI, ADSTANTIBUS EMIS PP. DD. CARDINALIBUS ET EXCMIS DD. EPISCOPIS AC ROMANAE CURIAE PRAELATIS.

Il Santo Padre ha incominciato col dire che è sempre particolarmente bella, gioconda quest'udienza natalizia; bella, gioconda, grande anzi, per la maestà che le conferisce il Sacro Collegio e la Prelatura romana; e in quest'anno anche più bella, gioconda e grande, non solo per il numero imponente e la rappresentanza dei componenti il Sacro Collegio, ma anche perchè alla Prelatura romana s'aggiungeva la rappresentanza della molteplice Famiglia Pontifìcia, con i suoi più alti esponenti.

Veramente bella, gioconda e grande udienza. E si direbbe — continuava Sua Santità — che nulla poteva aggiungersi a quella bellezza e grandezza di cose se non fosse venuta la bella e buona parola del vene-

*** Desumptus ex diario *L'Osservatore Romano* diei 2o decembris a. 1937.**

rato Decano del Sacro Collegio, il quale aveva saputo veramente, nella sua bontà, trovare di che impreziosire tanta bellezza e grandezza di cose. Egli aveva saputo infatti aggiungere lo spirito profondo di cui erano animate tutte le parole dell'indirizzo da lui rivolto, in nome del Sacro Collegio, al Santo Padre.

Quello che veramente Sua Santità non poteva non far seguire a sì nobile insieme di cose e di omaggi era una parola di paterna riconoscenza per tutta quella manifestazione di vera pietà filiale. Ciò che l'alto interprete aveva detto era denso di dati fin troppo buoni, fin troppo ricchi, per quel che riguardava la persona del Sommo Pontefice; ma non altrettanto ricchi per quel che riguarda le sofferenze che travagliano questo povero mondo e i tanti pericoli che ancora su di esso sovrastano.

E perciò Sua Santità diceva che non avrebbe avuto da aggiungere se non una parola di paterna riconoscenza a tutti e singoli gli intervenuti — e si affrettava a dirla — e non soltanto per la loro cara presenza, ma pure per il pensiero che l'aveva ispirata, e per il sentimento che l'aveva animata; non avrebbe avuto altro da aggiungere, se non vi fossero stati tanti particolari motivi, e purtroppo non lieti davvero, per dire — come già in altre occasioni e su altri argomenti Egli ha dovuto fare — ancora due parole : una parola, anzitutto, di constatazione e di fatto ; un'altra parola di merito e di principio, che si risolve anche in parola di alta protesta.

E dapprima una parola di constatazione e di fatto : poiché da parecchio tempo si vengono svisando, negando, travisando i fatti e sopratutto un fatto, altrettanto grande e vasto, geograficamente vasto e dolorosamente grande e grave nel senso morale, intimo della parola.

Voleva dire, il Sommo Pontefice, il fatto doloroso, penosissimo della persecuzione religiosa nella Germania : perchè, diceva il Santo Padre, vogliamo dare alle cose il loro nome, e non si abbia a ripetere di Noi quel che l'antico storico disse in un determinato momento : *Vera etiam rerum perdidimus nomina.*

No, proseguiva Sua Santità, per grazia di Dio, non abbiamo perduto tali nomi : vogliamo chiamare le cose col loro nome. Nella Germania vi **è** infatti la persecuzione religiosa. Da molto tempo si va dicendo, si va facendo credere che la persecuzione non c'è : sappiamo invece che c'è, e grave; anzi, poche volte v'è stata una persecuzione così grave, così temibile, così penosa; e sì triste nei suoi effetti più profondi. È una persecuzione alla quale non mancano nè il prevalere della forza, nè la pressione della minaccia, nè i raggiri dell'astuzia e della finzione.

Non avrebbe voluto P Augusto Pontefice trattenersi in cosa cotanto dolorosa : ma aveva voluto aggiungere quel rilievo per chi ne avesse bisogno, poiché nessuno può dubitare che parlando di tali e sì gravi cose, che toccano così da vicino le Sue responsabilità, il Vicario di Gesù Cristo possa sembrare meno informato o dire una cosa per l'altra.

Il Santo Padre passava quindi al secondo punto, alla questione di merito e di principio, sempre sullo stesso argomento, e pur connessa alla prima parola, e sempre a proposito della Germania. In Germania 10 sanno un po' tutti : ed è stato spesso ripetuto anche altrove e spesso con accentuazione di tinte, che il Papa è stato ed è ancora tanto amico della Germania. Infatti, pochi Paesi ha conosciuto tanto bene Sua Santità come la Germania; e in una parte tanto eletta e rappresentativa, e favorevolmeute rappresentativa per sapere, ingegno, coltura ed alti studi. Sono legioni quelli che Egli ha ammirato : non soltanto perchè andati a Lui come pellegrini, ma perchè conosciuti a casa loro, nelle loro biblioteche, nei loro grandi istituti, nelle loro grandi città.

È pertanto triste, doppiamente triste per il Sommo Pontefice dover ricordare quanto in quel Paese si commette contro la verità; una verità che Lo riguarda non solo personalmente — questo sarebbe il meno, sarebbe molto meno — che Lo riguarda in modo ben più grave in quanto tocca ciò che Egli ha di più caro, che occupa i Suoi pensieri, il Suo cuore ; ciò che investe tutta la Sua responsabilità davanti a Dio e davanti agli uomini, ossia la Gerarchia cattolica, la Religione cattolica, la Santa Chiesa di Dio, che la bontà divina ha*affidato alle cure del Suo Vicario in terra.

Si va dicendo che la Religione cattolica non è più cattolica, ma è politica, e si prende questo pretesto, questa qualifica per giustificare la persecuzione, come se non fosse persecuzione, ma, per così dire, una manovra di difesa. Quei dilettissimi figli condividevano e condividono col Padre la constatazione che qui si tratta della stessa accusa fatta a Nostro Signore quando fu tradotto davanti a Pilato, quando tutti l'accusavano di fare la politica : d'essere un usurpatore, un cospiratore contro 11 regno politico, un nemico di Cesare. E Pilato mostrava, in un primo tempo, di non capire lo spirito della cosa, o almeno fìngeva di non aver capito, e perciò la sua domanda : *Ergo reco es tuf;* ossia, sei tu venuto a metter a soqquadro, come un grande capo politico, un mestatore politico, il regno di Cesare? Ed il Signore, nella Sua calma divina, all'affermazione rispondeva : *Regnum meum non est de hoc mundo.* Non è di questo mondo che tu pensi o sembri pensare. Se il mio regno fosse di quelli, la gente mia si sarebbe messa in armi per venirmi in aiuto.

Òosì — proseguiva Sua Santità — possiamo dire anche Noi. Se noi facessimo la politica che Ci si addossa, che Ci si attribuisce, in questo parlare di riarmamenti e di guerra, vi sarebbe forse un posto, per quanto piccolo od esiguo, anche per Noi. No, il Sommo Pontefice non ha bisogno di giungere fin là : *Regnum meum non est de hoc mundo.* Il Papa non fa della politica : Egli non vive, non opera per fare della politica, ma per rendere testimonianza alla verità, per insegnare la verità : questa verità che il mondo così poco apprezza, e di cui poco si cura, mentre si cura di tutto il resto, precisamente come Pilato che non aspettò la risposta alla sua domanda : *quid est veritas?*

Il Sommo Pontefice vuol dire e ripetere e protestare altamente in faccia al mondo intero : Noi non facciamo della politica ; al contrario, proprio per ritornare alle parole di Nostro Signore Gesù Cristo, se così *tosse,* la gente Nostra — e in tutto il mondo abbiamo gente Nostra : carissimi figli, devoti fedeli, credenti, adoratori di Dio — verrebbe in aiuto a Noi. Orbene nessuno di questi figli Nostri sparsi nel mondo, nessuno crede che Noi facciamo della politica; quando tutti vedono invece e continuamente constatano che noi facciamo della religione, e non vogliamo far altro.

Certo, aggiungeva il Santo Padre, appunto per questo si deve affermare che il semplice cittadino deve conformare la propria vita civica alla legge di Dio, di Gesù Cristo; è questo fare della religione o della
*• politica? Non certo della politica.

Noi vogliamo poi — proseguiva Sua Santità — che anche nella vita civica, nella vita umana e sociale, siano sempre rispettati i diritti di Dio che sono anche i diritti delle anime. È quello, dice il Santo Padre, che abbiamo sempre e unicamente fatto. Se altri ha pensato altrimenti e dice altrimenti, ciò è contro la verità. Ed è ciò che profondamente addolora il Sommo Pontefice : il gettare quest'accusa molteplice di abusata religione — uno dei peggiori pensieri che possano venire in mente umana — l'accusa di abusata religione a scopo politico; il lanciare, si dica pure la vera parola, tale calunnia contro tanti Suoi venerati fratelli nell'Episcopato, contro autorevoli membri del Sacro Collegio, contro tanti sacerdoti, contro tanti buoni fedeli, di null'altro solleciti che *di* ubbidire alla legge di Dio, di far conoscere questa divina legge, di fare opere di buoni cristiani, e quindi, evidentemente, opera di migliori cittadini come consapevoli d'essere responsabili anche di questi doveri civici e sociali non soltanto davanti agli uomini, ma dinanzi a Dio stesso.

Il Santo Padre dichiarava, pertanto, che la Sua protesta non poteva essere nè più esplicita, nè più alta di fronte al mondo intero : Noi fac-

ciamo delia Religione, non facciamo della politica : lo sanno tutti, lo vedono tutti quelli che vogliono vedere.

Per il rimanente, questa proclamazione della verità vada — continuava il Sommo Pontefice — a consolare tanti Suoi fratelli nell'Episcopato, i sacerdoti e i fedeli che soffrono tanto sotto questa persecuzione, che è così ingiusta e così tristamente negatrice; e sopratutto soffrono per questa calunnia, vera calunnia, dopo la quale non si poteva aggiungere una sofferenza più acuta alle sofferenze, alle angustie di ogni genere che la persecuzione comporta con sè.

Sappiano essi che il Papa è con loro; che Egli conosce le loro tribolazioni, che soffre con essi ; e che la Sua più grande sofferenza è di saperli cotanto tribolati, così sensibili alle accuse che vengono mosse contro di loro.

Che ci resta? — proseguiva Sua Santità — ci resta quello che, grazie a Dio, sempre ci resta e ci resterà : elevare l'occhio e il cuore, l'animo e la mente a Dio benedetto : Egli venga in nostro aiuto ; veda Egli, che tutto può, e provveda nella Sua infinita bontà e misericordia; venga Egli in aiuto di tanti cari fedeli che soffrono; venga Egli, e non soltanto nel Paese più sopra nominato, ma anche altrove, ovunque si soffre per il Suo Nome e per la Sua legge. Venga Egli a far cessare tanto male e a ricondurre sulla buona via della verità riconosciuta, della verità onorata, tanti che ora sembrano davvero non conoscerla se non per negarla e per offenderla. Terribile punizione, questa, terribile spettacolo, ma che fa anche pensare — un pensiero, diceva Sua Santità, di cui Egli sente per primo il bisogno e che è consolante — alla infinita misericordia di Dio, questa infinita misericordia, che tanto tollera. Davanti a questa divina longanimità si deve davvero dire : se noi in un momento qualsiasi perdiamo la pazienza, erriamo. Sì, erriamo — diceva Sua Santità — se noi non seguitiamo a pregare per tutti, e proprio anche per^ quelli che ci fanno soffrire per ciò che a Noi è tanto caro e dev'essere tanto caro al punto di dover dare — e saremmo, Egli diceva, ben felici di farlo — la nostra vita.

È quello che alla misericordia di Dio domanda la nostra preghiera per quelli che hanno dimenticato di pregare. Si preghi, dunque, quell'infinita Bontà; si preghi quella Misericordia infinita, che ha fatto quel che ha fatto per salvare il mondo.

Pregare e sperare. A tale preghiera e speranza-l'Augusto Pontefice vuole invitare tutti, tanto grandi sono i bisogni ai quali Egli vorrebbe soccorrere, mercè la misericordia di Dio : una preghiera possibilmente grande come appunto tali bisogni, dovunque essi travagliano i corpi e

le anime, dovunque si spargono gli orrori della guerra, ed i timori di un vivere civile sempre minaccioso di gravi danni.

La misericordia di Dio, la sua infinita clemenza arrivi dovunque. Con questo appello paterno alla preghiera, replicato col triplice invito a pregare, pregare, pregare; e col riferimento al divino precetto : *oportet semper orare et numquam deficere,* il Santo Padre chiudeva le Sue parole,, esprimendo a tutti gli intervenuti i Suoi auguri per le Feste Natalizie ed il nuovo anno, desiderando loro le cose santamente migliori ed impartendo, in fine, la Benedizione Apostolica a tutti i presenti ed a quanti sono ad essi cari al Signore.

NUNTIUS RADIOPHONICUS

A BEATISSIMO PATRE, DIE XXXI MENSIS DECEMBRIS A. MCMXXXVII, AD URBEM MADRASPOLITANAM DATUS AD EXITUM CONGRESSUS EUCHARISTICI NATIONALIS.

« Audite populi de longe » vosque potissimum audite, qui amplissimas Indiarum regiones incolitis et ad primum ex universa Natione vestra Eucharisticum Congressum convenistis.

Quamquam paene immenso terrae marisque tractu a Nobis seiuncti estis, vobis tamen studiosa illa caritate adsumus, quae « numquam excidit », quaeque locorum longinquitatem transmeat atque evincit. Ac vobis adsumus non modo per Nostrum Legatum, qui celebrationi vestrae Nostro nomine praeest, sed, famulante fidei scientia, veluti « os ad os » vos alioqui possumus : paterna scilicet verba Nostra, quasi amoris innixa alis, per mirandum radiophonicum inventum ad vos omnes transvehuntur.

Itemque supplices preces Nostrae, vestris insertae precibus, id una vobiscum a Deo contendunt, ut reapse sit vobis Eucharisticum Sacramentum « praecipuum christianae vitae caput ac fons inexhaustas » ; ad quod quidem ii etiam, « qui in umbra mortis sedent » accedant ac vivificentur.

Quod autem vos, ut amantissimi filii a Patre annis gravi, enixe efflagitatis, Apostolicam nempe Benedictionem, eam Nos effuso vobis animo impertimus.

Benedictio Dei Omnipotentis Patris £g et Filii £& et Spiritus £ß Sancti, descendat super vos et maneat semper. Amen.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

DAMNATUR LIBER CUI TITULUS : « VON DER ARBEIT ZUM ERFOLG », AUCTORE RAOUL FRANCE.

Feria IV', die, 15 Decembris 1937

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Rmi Domini Cardinales, rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum, qui inscribitur :

RAOUL FRANCE, *Von der Arbeit zum Erfolg.*

Et eadem Feria IV eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius Divina Providentia Papa XI, in audientia Excmo aç Revmo D. Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 30 Decembris" 1937.

I. Venturi, *Supr. 8. Congr. 8. Officii Notarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

CALARITANA

CANONIZATIONIS B. SALVATORIS AB HORTA, LAICI PROFESSI ORDINIS FRATRUM MINORUM.

SUPER DUBIO

An stante approbatione Quorum miraculorum post indultam praedicto Beato ab Apostolica Sede venerationem, TUTO *procedi possit ad ipsius Beati Canonizationem.*

O altitudo divitiarum, sapientiae et scientiae Dei : quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, et investigabiles viae eius! (Rom., 11, 33).

Investigabiles sane et inscrutabiles sunt viae Dei, quibus ipse, bonitatis, misericordiae et iustitiae fons, omnia moderatur, finemque sibi propositum infallibiliter attingit. Porro licet Sacerdotibus munus et officium animarum saluti incumbendi praecipue sit datum, omnibus tamen mandatum est de proximo suo : quod praeceptum omnes sancti summo studio servaverunt; omnes quidem exemplo, sed et alii doctrina, alii verbi Dei praedicatione, alii extraordinario orandi fervore, alii denique familiari alloquio miraculorum splendore roborato. Huic gloriosae classi B. Salvator ab Horta adnumerandus videtur. Qui a. D. 1520 in S. Columbae de Fames oppido, in Hispania natus, post innocentem adolescentiam, sub optimorum parentum disciplina transactam, viginti et unum annos natus Seraphico S. Francisci Ordini inter Fratres Minores in Conventu S. Mariae, prope Barcinonem, in humili laici statu adscribi voluit. Admiranda, vel ab inita religiosa vita, pietatis, regularis observantiae, arctissimae paenitentiae aliarumque virtutum specimina exhibuit. Quibus Deus miraculorum carisma abunde superaddidit : quod vir Dei sua eximia humilitate et meruit et custodivit, ut eo ad Dei gloriam et animarum salutem uteretur. Innumeros hoc modo sane peccatores e suorum scelerum coeno releva vit eosque, ad paenitentiae sacramentum adductos, Christo reconciliavit.

Frequens populi ad Conventum concursus quum Fratrum quietem aliquantum perturbare videretur, Superiorum iussu ad alium Conventum transmeavit. Quod eadem de causa pluries factum est; quum vero longius

figimtis, eamque proinde ad ecclesiae cathedralis gradum et dignitatem evehimus, simulque ei eiusque pro tempore Episcopis iura omnia, honores, insignia, favores, gratias, privilegia concedimus, quibus ceterae per orbem cathedrales ecclesiae earumque Praesules iure communi pollent et gaudent; eisque onera omnia imponimus et obligationes, quibus eaedem ecclesiae et Episcopi adstringuntur. Novam autem hanc Lorenensem dioecesim suffraganeam constituimus Metropolitanae Ecclesiae S. Pauli in Brasilia, eiusque propterea Episcopos pro tempore metropolitico Archiepiscopi S. Pauli iuri subiicimus. (Episcopalem autem mensam constituent Curiae emolumenta et ceterae oblationes, quae a fidelibus, in quorum bonum dioecesis ipsa erecta est, offerri solent, praeter ea quae ad hunc finem iam collecta sunt. Quum véro praesentis temporis adiuncta non permittant in nova hac dioecesi Canonicorum capitulum modo constitui, indulgemus ut interim pro Canonicis dioecesani Consultores ad iuris tramitem eligantur. Mandamus insuper ut saltem parvum seminarium dioecesanum, iuxta Codicis Iuris Canonici praescripta et normas a Sacra Congregatione de Seminariis et Universitatibus Studiorum traditas, quamprimum fieri poterit erigatur; itemque ut suis sumptibus nqva ipsa dioecesis binos delectos iuvenes, aut modo saltem unum, iii Pontificium Seminarium Brasilianum in Urbe non intermissa vice mittendus curet, ut sub Romani Pontificis fere oculis in spem Ecclesiae instituantur. Quod vero ad huius dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera ceteraque huiusmodi spectat, adamussim servanda iubemus quae sacri canones praescribunt. Quod autem ad clerum peculiariter attinet, decernimus ut, simul ac eiusdem dioecesis erectio ad exsecutionem demandata fuerit, clerici, qui in eius territorio legitime exstant, eo ipso eidem dioecesi censeantur adscripti. Volumus denique ut documenta omnia et acta, quae Lorenensem dioecesim eiusque clericos et fideles respiciunt, a Cancellaria dioecesis Taubatensis ad Curiam episcopalem novae dioecesis quamprimum fieri poterit tradantur, ut in proprio archivo religiose serventur. Ad quae omnia, uti supra disposita et constituta, exsecutioni mandanda, Venerabilem quem supra memoravimus Fratrem Benedictum Aloisi Masella, apud Brasilianam Rempublicam Nuntium Nostrum, delegamus, eique facultates tribuimus necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus imponimus authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar ad Sacram Congregationem Consistorialem transmittendi intra sex menses ab his Litteris datis computandos. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quae-

cumque nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et, si secus super bis a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus. Statuimus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis, editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque quibuscumque, etiam speciali mentione dignis. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die trigesima prima mensis Iulii, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

EUGENIUS Card. PACELLI
a Secretis Status

Fr. RAPHAEL C. Card. ROSSI
8. C. Consistorialis a Secretis

Iosephus Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*

Locó £g Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LVIJ, n. 65 - **Al. Trussardi.**

EPISTULAE

I

AD R. P. NARCISUM DURCH SCHEIN, PRIOREM GENERALEM ORDINIS HOSPITALARTI S. IOANNIS DE DEO, QUARTO EXEUNTE SAECULO AB EIUSDEM ORDINIS CON-« STÏTUTIONE,

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quadringentos feliciter emensos annos postquam Hospitalarius Ordo S. Iohannis de Deo conditus est, tu sodalesque quibus sollerter praees, effusis estis laetitiis celebraturi. Aequum et pietati consentaneum est Nos quoque vobiscum liac faustitate debitas Deo reddere grates, qui Instituti vestri primordiis et incrementis ita adfuit, ut ex generoso iacto semine cito validissima arbor succreverit, cuius sub patulis ramis tot aegri et infirmi praesertim ab omnibus derelicti vel tenui orti loco refugium invenerunt atque solacium. Benignissimus Redemptor, qui terrestrem vitam ducens in morbis correptos tot bonitatis Suae divitias effudit et, reapse pius Samaritanus, languida eorum membra ingentium quoque miraculorum virtute refovit, in Ecclesia voluit praestans huius misericordiae genus ad exemplum suum florescere. Quae virtus numquam satis miranda enituit in lohanne de Deo, Legifero Patre vestro, qui in Lusitania natus Hispaniam ac imprimis urbem Gravatam rebus gestis exornavit. Incredibilis fuit illi suavitas morum, animi constantia, propensa et inclinis ad opitulandum voluntas; at praesertim in aegrotos divino ductus consilio cogitationes et curas solertissime contulit, ut ipsis nec suavis vigilisque benignitatis officia, nec medicae artis praesidia nec hospitiorum apta spatia munditiesque deessent. Beatus vir qui intellexit super egenum et pauperem, fidei acie praeditus alte penetravit arcanum quod in iacentibus, languidis et moerore afflictis delitescit eosdemque diu noctuque adspectu, ore, medelis consolans sibi persuasum habebat se dolentis Redemptoris membris pietatis munera praestare. Addecet sane, cum Instituti vestri recolitur exordium, sanctissimo viro singulares haberi honores, ut, qui praecipue aegris curandis deserviunt eius virtutum praeclarum iter insistant. Apprime autem vos qui de ipsius nomine gloriamini summa contentione in vestros mores incliti Patris exemplar referte, ut, ubivis vestra adsit domus, caritatis ignis flammantem inveniat focum, fides cum misericordia sacrarium, evangelica gratia hortum llorum varietate et decore vernantem. Antiquis nova addite promerita atque in patientia

Christi iis consulentes, qui aegrotantes et egeni in vestra recepti sunt tecta, operam date, ut per vos maternus Ecclesiae amor palam luceque mundo appareat et, praevia caritate, facilior et citior contingat veritati triumphus. Pro paterna demum, qua in te, dilecte Fili, sodalesque tuos fërimur benevolentia, haec vota proferimus ac vobis coelestis praesidii auxilia precati, ut ad meliora usque profìciatis et alienae saluti uberius usque prositis, horum bonorum in pignus libentes et volentes Apostolicam Benedictionem impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi prope Eomam, die xii mensis Septembris anno MCMXXXVII, Pontificatus Nostri decimo sexto.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. ANGELUM MARIAM, EPISCOPUM PRAENESTINUM S. U. B. CARDINALEM DOLCI, ARCHIPRESBYTERUM PATRIARCHALIS BASILICAE LIBERIANAE. QUEM LEGATUM MITTIT AD CONVENTUM EUCHARISTICUM IN URBE TRIPOLI CELEBRANDUM.

PIUS PP. XI

Venerabilis Frater Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Suavi semper memòria recolimus illum omnium nationum Conventum Eucharisticum, septennio ante Cartilagine- celebratum, quando visus est Christus Iesus, sub Sacramenti velis sollemni pompa ductus, earum Africae regionum veluti possessionem recipere, in quibus eius nomen tantopere quondam floruerat. En hodie novus triumphus eucharisticus ardenti studio apparatur per duodecimum Congressum ex tota Italiae natione ineundum, qui Tripoli, in urbe Tripolitaniae capite, veluti in centro ipso africani littoris Mediterraneo mari perfusi, proximo novembri mense sollemniter peragetur. Ad terras quoque Tripolitaniae spectant Sancti Augustini verba, priscas christianae religionis laudes illic testificantia : « Africa sanctorum martyrum corporibus plena est ». Neque desunt in ipsa Tripolitaniae regione historica monumenta, quae christianae fidei cultusque eucharistici primordia per tot saeculorum decursum ad nostra usque tempora tradiderunt. Exstant in primis elenchi episcoporum, qui exeunte secundo ac tertio vertente saeculo Tripolitaniae Ecclesiis praefecti sunt; exstant praeterea relliquiae veterum basilicarum et formulae liturgicae, atque epigraphicae in vetustis coemeteriis christianis servatae, quas longi temporis iniuria delere omnino non potuit; exstant potissimum symbola graphice insculpta cum piscis et calicis

imaginibus, quae perantiquum ibidem Eucharistiae cultum aperte luculenterque prae se ferunt. Merito igitur haec regio ad eiusmodi Congressum cogendum delecta est, ut, confitentibus illuc undique catholicis Italiae fidelibus, sincero religionis studio sacrorumque rituum magnificentia priscae fidei pietatisque splendores renoventur et christiana societas magnum accipiat incrementum. Quo vero celebrationis sollemnia per Nostram ipsam participationem adaugeantur, communisque Christifidelium laetitia cumuletur, te, Venerabilis Frater Noster, ut iam antea nuntiavimus, Legatum Nostrum eligimus atque constituimus, ut Nostram gerens personam, Conventui Eucharistico ex tota Italiae natione Tripoli ineundo nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideas. Minime autem dubitamus, quin ipse, pro egregia, qua nites, erga augustum Sacramentum observantia ac pietate, pro principis Ecclesiae dignitate ac decore, perhonorificum eiusmodi munus sis naviter utiliterque peracturis. Interea Pastorem aeternum enixe precamur, ut ad suum ovile deerrantes oves reducere benigne velit, fidelesque omnes novo religionis ardore inflammentur, atque, regia Christi potestate publice sincereque agnita, varii hominum ordines, sanctissimis legibus obtemperantes, divino pacis ac prosperitatis dono frui feliciter queant. Cuius quidem caelestis opis ac praesidii nuntia sit conciliatrixque Apostolica Benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater Noster, Vicario Apostolico Tripolitano iisque universis, qui Conventui Eucharistico proxime intererunt, effusa in Domino caritate impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi apud Romam, die xxrv mensis Octobris, in festo Sancti Raphaelis Archangeli, anno MDCCCGXXXVII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XT

III

AD EMUM P. D. IGNATIUM GABRIELEM TIT. SANCTORUM **XII** APOSTOLORUM S. R. E. PRESB. CARDINALEM **TAPPOUNI,** PATRIARCHAM SYRORUM ANTIOCHENUM, XXV EPISCOPATUS ANNUM EXPLETURUM.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Pergratus profecto nuntius Nobis nuper allatus est, te proxime quintum ac vigesimum celebraturam annum, ex quo ad dignitatem potestatemque episcopalem auspicato evectus es. Haec enim fausti eventus

celebratio ineundam praebet Nobis opportunitatem tibi Nostram benevolentiam denuo confirmandi ac paternos gratulationis Nostrae sensus publice patefaciendi. In comperto sane est, ipso tui muneris pastoralis initio, quum Vicariatui Patriarchali Mardensi praepositus esses, furente inter gentes luctuosissimo bello et persecutione in christianum Syrorum populum crudeliter saeviente, temet ipsum, in vincula iniquissimo arbitrio coniectum, dignum habitum esse « pro nomine Iesu contumeliam pati ». Ad dilectum gregem exacto bello restitutus ac deinde ad Archiepiscopalem Sedem Aleppensem translatus, singulari quidem prudentia flagrantique animarum studio, in utilitatem populi tibi commissi iugiter incubuisti. Quum autem ad Patriarchalem istam Sedem Antiochenam unanimi consensu electus esses, in latiore patentioreque campo pastoralis tua virtus enituit. Praecipuas vero officii tui curas merito adhibuisti in novis condendis ecclesiis, scholis ac presbyteriis, simulque in veteribus labantibus reficiendis. Eiusdem profecto merita Nos Ipsi in primis plane perspecta habentes, meritamque tibi laudem exhibere cupientes, te ad amplissimum Senatum Nostrum libenter cooptavi mus ac magnificentia Romanae purpurae condecoravimus. Nunc vero sacram tui episcopalis iubilaei faustitatem participare exoptantes, tibi, Dilecte Fili Noster, de diuturno soliertique pastorali muñere vehementer gratulamur, paterna vota ac fèrvida omina aperte palamque profitentes. Quo autem proxima sacri eventus celebratio iri maiorem cedat animarum fructum, tibi ultro facultatem damus, ut statuta die, post Sacrum pontificali ritu peractum, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenam commissorum veniam iisdem proponens ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Interea Christum Regem impensa prece exoramus, ut Orientis populi dulce atque universale eius imperium sincere agnoscant, divinaque caritate fortiter allecti, ad Patris ovile tandem feliciter redeant. Supernarum itaque gratiarum auspex sit atque conciliatrix Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, Patriarchatus istius Antistitibus, cunctoque clero ac populo tuae vigilantiae concredito amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XXXI mensis Octobris, anno MDCCCCxxxvri, Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

DAMNATUR LIBER A G. MENSCHING EDITUS, CUI TITULUS I <(DER KATHOLIZISMUS. SEIN STIRB UND WERDE ».

Feria IV, die 19 Ianuarii 1938

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur :

Der Katholizismus. Sein Stirb und Werde. Von Icatholischen Theologen und Laien. Herausgegeben von GUSTAV MENSCHING.

Et sequenti Feria V, die 20 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. XI, in solita audientia Excmo ac Revmo D. Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 22 Ianuarii 1938.

I. Venturi, *Supr. S. Congr. S. Officii Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

GENEVENSIS ET CONCOKDIENSIS

DECRETUM

DE FINIUM DIOECESIUM IMMUTATIONE

Cum Excmus P. D. Aloisius Paulini, Episcopus Concordiensis, consentiente Excmo P. D. Eugenio Beccegato, Episcopo Cenetensi, Apostolicae Sedi supplices preces porrexerit, ut pro bono animarum territoria

Sacco et *Isola* a dioecesi Cenetensi separarentur atque dioecesi Concordiensi adiungeretur iuxta novum alveum numinis *Livenza,* qui ceteroquin fines signat inter utramque dioecesim, Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia PP. XI, re mature perpensa, praesenti Consistoriali Decreto statuit ut praedicta territoria *Sacco* et *Isola* a dioecesi Cenetensi seiungantur et dioecesi Concordiensi attribuantur iuxta alveum fluminis *lÀvenza,* mutatis hac ratione utriusque dioecesis finibus.

Ad haec autem exsecutioni mandanda eadem Sanctitas Sua, deputare dignata est Excmum P. D. Aloisium Paulini, Episcopum Concordiensem, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere quam primum remittendi ad S. Congregationem Consistorialem exemplar actus peractae exsecutionis.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 20 Novembris 1937.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. © S.

V. Santoro, *Adsessor.*

II

COIiONIENSIS-MONASTERIENSIS

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Carolus I. Card. Schulte, Archiepiscopus Coloniensis et Clemens Augustus von Galen, Episcopus Monasteriensis, communi consensu supplices preces Apostolicae Sedi obtulerunt, ut limites in duobus districtibus earumdem dioecesium pro utiliore fidelium regimine mutarentur.

Porro Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI, rei opportunitate perpensa, praehabito quoque favorabili voto Excmi P. D. Caesaris Orsenigo, Archiepiscopi Titularis Ptolemaidensis in Lybia ac Nuntii Apostolici in Germania, precibus benigne annuens, hoc Consistoriali decreto statuit, ut a paroecia S. Iudae Thaddaei Apostoli et ab archidioecesi Coloniensi seiungatur districtus *Eichelkamp* et viciniori paroeciae S. Michaelis Archangeli, in dioecesi Monasteriensi aggregetur. Itemque decrevit ut pars districtus dioecesis Monasteriensis complectens vicos *Im Lith K.alhweg* et *Werkstättenstrasse* a paroecia S. Michaelis Archangeli avellatur et paroeciae S. Ioseph archidioecesis Coloniensis incorporetur; simulque altera pars eiusdem districtus, hu-

cusque ad paroeciam pertinens S. Gabrielis Archangeli in *Duisburg,* ab ipsamet separetur et eidem paroeciae S. Ioseph archidioecesis Coloniensis adiungatur; insuper tertia pars ipsius districtus hucusque pariter pertinens ad ecclesiam S. Gabrielis ab eadem dismembretur et vicariae perpetuae **S.** Raphaelis Archangeli in *Duisburg-Bissingheim,* archidioecesis Coloniensis, perpetuo tribuatur : mutatis hac ratione finibus archidioecesim Coloniensem inter et dioecesim Monasteriensem.

Ad haec autem exsecutioni mandanda Sanctitas Sua deputare dignata est eumdem Exc. P. D. Caesarem Orsenigo, eidem tribuens facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere mittendi quam primum ad hanc S. Congregationem authenticum exemplar peractae exsecutionis actus. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 28 Novembris anni 1937.

Fr. C. R. Card. Rossi, *a Secretis.*

h. © S.

V. Santoro, *Adsessor.*

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 27 Decembris 1937. — Titulari episcopali Ecclesiae Metrensi R. D. Iosephum Selva, Societatis S. Francisci Salesii, quem constituit Praelatum Praelaturae *nullius* Registrensis de Araguaya.

die 5 Ianuarii 1938. — Cathedrali Ecclesiae Catharensi R. D. Paulum Butorac, eiusdem dioecesis.

die 7 Ianuarii. — Titulari Ecclesiae Hierocaesariensi R. D. Franciscum Iustum Rarkowski, Protonotarium Apostolicum, deputatum Ordinarium Militarem pro cura spirituali catholicorum ad exercitum Reipublicae Germanicae pertinentium.

die 16 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Pacensi Exc. P. D. Abelem Isidorum Antezana **y** Rojas, hactenus Episcopum Orurensem.

die 22 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Ovetensi Exc. P. D. Emmanuelem Arce y Ochotorena, hactenus Episcopum Zamorensem.

die 27 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Orurensi E. D. Richardum Chavez, parochum pagi « Gaqui » in dioecesi PacensL

die 4 Februarii. — Metropolitanae Ecclesiae Vallisoletanae Exc. P. D. Antonium García y García, hactenus Episcopum Tudensem.

die 11 Februarii. — Cathedralibus Ecclesiis Tarbiensi et Lourdensi Exc P. D. Georgium Choquet, hactenus Episcopum Lingonensem.

die 12 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Legionensi R. P. D. Carmelum Ballester y Meto, Congregationis Missionis.

SACKA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis ut infra datis decretis Sacri Consilii Christiano Nomini Propagando, Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Papa XI dignatus est sequentes Ecclesias providere, nimirum :

die 3 Decembris 1937. — Metropolitanae Ecclesiae Smyrnensi praefecit R. P. Iosephum Descuffi, C. M.

die 8 Ianuarii 1938. — Cathedrali Ecclesiae Portaugustanae R. D. Ioannem Lonergan.

— Cathedrali Ecclesiae Madurensi, nuper erectae, Exc. P. D. Iosephum Petrum Leonard, hactenus Episcopum Trichinopolitanum.

— Titulari Ecclesiae Saesinensi R. D, Petrum Martinum Ngô dinh Thûç, e clero indosinensi, quem constituit primum Vicarium Apostolicum de Vinh-Long.

II

NOMINATIONES •

Sacrum Consilium Christiano Nomini propagando datis decretis, ut infra, ad suum beneplacitum renunciavit :

die 21 Ianuarii 1938. — R. P. Iosephum Futy, e missionariis a « La Salette », *Praefectum Apostolicum de Morondava.*

die 1{ Februarii. — R. P. Franciscum Mazzieri, O. F. M. Conv.. *Praefectum Apostolicum de JSÍdola.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

CHICAGrlEN. SEU LAUDEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI FRANCISCAE XAVERIAE CABRINI, FUNDATRICIS INSTITUTI MISSIONARIARUM A SACRO CORDE IESU.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Magna perpendendo facinora, quae in Dei gloriam animarumque salutem Venerabilis Francisca Xaveria Cabrini corpore pusilla, valetudine iugiter laborans, utroque in emispherio mundi gessit, attonito quis haeret animo. Non est enim homini datum tam grandia suis viribus patrare. Verum, ut docet Apostolus : *Quae stulta sunt mundi elegit Deus ut confundat sapientes; et infirma mundi elegit Deus ut confundat fortia... ut non glorietur omnis caro in conspectu eius* (1 Gor., 1. 27-29). Augustinus et Stella Oldini, pii honestique coniuges, tredecim genuere filios, quos omnes, ut christianos parentes decet, timorem Domini verbo, praecipue vero exemplo, docuerunt. Novissima natu fuit Dei Famula, cuius virtutes gratum est vel brevissime recolere.

In oppido « Sant'Angelo Lodigiano », intra Laudensis Dioecesis fines, in Insubria, die 15 iulii a. D. 1850 ea orta est eodemque die baptizata, cui nomina Franciscae Mariae imposita, quae faustum infantis praesagiverunt omen. Deiparam namque uti amantissimam matrem coluit, eiusque patrocinium iugiter est experta : trium vero sanctorum, qui Francisci nomine decorantur, virtutes excellenter est imitata eorumque documenta in se expressit : *Assisiensis* nempe, cuius Tertii Ordinis regulam est professa, sancteque servavit; *Xaverii,* cuius apostolicum spiritum mire, vel a pueritia, aemulata est, cuiusque clientelae, assumpto postea Xaveriae nomine, se dicavit; *Salesii* denique, cuius animi suavitatem aequare contendit.

Unanimis est iuratorum testium, consensus in asserendo puellam in Dei timore et amore iugiter, nulla umquam interiecta mora, prae aequalibus suis progressam fuisse; praesertim postquam, octavum agens

annum, sacro Chrismate unita, Sancti Spiritus attactum, uti postea est fassa, vehementiori ratione coepit persentire; novoque addito innocenti animae robore, quum sacra dape a. 1859 primum fuit refecta.

Utroque parente mature orbata, sub piissimae sororis Rosae magisterio ac severa disciplina adolevit. Ludimagistrae diplomate et ipsa, uti eadem soror, ornata, licet religiosae vitae capessendae percupide averet, suo tamen parocho obediens, magisterium in oppido *Vidardo* summa cum laude gessit paulloque post Episcopo Laudensi Dominico Gelmini morem gerens in oppido « Codogno » sex per annos orphanotrophio non multo antea erecto maxima prudentia et caritate praefuit. Verum, ne religiosi instituti amplectendi propositum, nimium differret, tum inter Filias S. Cordis, cum inter Sorores a Caritate Canossianas admitti petiit, sed incassum. Episcopus vero, probe noscens Franciscae virtutes et merita, eiusque optata ut ad Missiones evolaret, quumque nullius existentis instituti missionalium mulierum notitiam haberet, eam ad se advocavit, eique, ut huiusmodi institutum ipsa furidaret, auctor fuit. Huic parens mandato ad tantum opus, licet in maxima versaretur paupertate, sacro tamen Iesu Cordi beataeque Virgini confisa, manus animosa admovit, dieque Ii novembris a. D. 1880 Institutum, primamque eius domum cum sex sociis in eodem oppido inchoavit, ac insequenti die collegium pro puellis ibidem aperuit. Episcopus autem vix uno elapso mense Institutum approbavit; atque unum post annum regulas a Serva Dei conscriptas sua item auctoritate roboravit.

A. 1888 Decretum, quod *Laudis* dicitur, die autem .12 iulii a. 1907 supremam a Sancta Sede approbationem obtinuit. Interim Sororum numerus mire augescit, quas ipsa verbo et exemplo ad pietatem, ad doctrinam, ad sese impendendas et superimpendendas atque ad adversa cuncta pro Dei amore sustinenda informavit, eo successu, ut intra triginta septem annorum spatium sexaginta septem domos, pluribus nosocomiis computatis, ipsa erexerit, omnique necessaria supellectili provide instruxerit : ex quibus triginta sex in America seu Septemtrionali, seu Centrali, seu Meridionali, quo Leoni XIII obsequuta se contulerat.

Quod eo magis et mirandum et dilaudandum est, quo miserabilior erat eo tempore italicorum advenarum conditio, qui quotannis turmatim ad plura centena millia, patrii soli angustia et paupertate pressi, in earum regionum immetata spatia commigrabant. Despectui ob paupertatem habiti, durisque addicti laboribus, spirituali auxilio eo usque quandoque caruerunt, ut eis nec sacris adesse concederetur. Eorum miserata sortem Francisca Xaveria illuc, ardentissima caritate flagrans, advolavit, ut eis in tanto discrimine constitutis opem, quam maximam posset, afferret, eo-

dem' ferme tempore, quo sa. me. Ioannes Baptista Scalabrini, Placentinorum Episcopus, benemerentissimam *Piam Societatem Missionariorum a S. Carolo pro Italis emigrantibus* instituerat, qui eorum necessitatibus, praecipue spiritualibus, providerent.

Multa convicia, adversaque multa, atque incredibiles labores pro animarum salute fortiter invicta mulier pertulit, illud Apostoli usurpans dictum : *Omnia possum in Eo, qui me confortât,* quod velut Instituti sui insigne reliquit. Qua freta spe, nullis difficultatibus a sancto proposito dimoveri potuit. Viginti quatuor vicibus Atlanticum Oceanum transmeavit; pluriumque millium chilometrorum seu equitando seu pedes per ásperos Andinos montes egit itinera, pericula spernens tenuique sui corporis valetudini non parcens. Parem magnitudini laborum fructum collegit; donec fracta viribus die 22 decembris mensis a. 1917, Chicagiae pretiosam obivit mortem. Ingens non solum catholicorum, sed et eterodoxorum, concursus ad eius exuvias invisendas factus est, sanctam eam omnibus conclamantibus. Iusta funebria sollemni pompa fuere celebrata, quibus Archiepiscopus ipse cum suo clero interfuit. Corpus ISTeo-Eboracum delatum, atque apud locum West Park, in sacello pro defunctis Sororibus sui Instituti, die 2 ianuarii mensis a. D. 1918 humatum fuit. Eius sepulcrum factum est gloriosum; plures enim vel acatholici illuc accedunt, gratias a Deo per eius intercessionem adprecantes.

Admirandae virtutes, stupendaque gesta, quae Summorum Pontificum Leonis XIII, Pii X, et Benedicti XV, plurium Cardinalium, Ecclesiaeque Pastorum, necnon civilium magistratuum tum in Italia cum in America favorem erga Dei Famulam conciliaverant, sanctitatis famam post eius obitum adeo auxerunt, ut eius Beatificationis causam promovendam esse iudicatum fuerit. Quare anno 1928 Ordinaria auctoritate Chicagii, anno sequenti Laude Pompeia, inquisitiones peractae fuere, seu super fama sanctitatis seu super scriptis et cultu nunquam praestito. Quibus omnibus rite peractis, Introductionis causae Commissionem, ad votum Sacrae Rituum Congregationis, Ssfiius D. N. Pius Papa XI sua manu die 30 martii 1931 dignatus est obsignare.

Apostolicis deinde processibus iisdem in Dioecesibus nec non in alma hac Urbe anno 1933 constructis, pro quorum iuridica vi die 28 ianuarii a. 1936 fuit editum decretum, dispensatione insuper concessa a praescripto canonis Iuris Canonici bismillesimi centesimi primi, quum nondum quinquaginta anni a Servae Dei obitu defluxerint, ceterisque de iure servatis, in Antepraeparatoria Congregatione, coram Rmo Cardinali Alexandro Verde, Causae Ponente seu Relatore, die 16 iunii mensis a. 1936 habita, de virtutibus in heroico gradu pertractatum est;

super iisdem iterum die 6 aprilis anni huius in Praeparatoria coram Patribus Cardinalibus, denique in Generali coram Ssmo D. N. Pio Papa XI die 26 octobris nuper elapsi, in qua idem Rmus Cardinalis dubium proposuit discutiendum : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.* Rmi Cardinales, Officiales Praelati, Patresque Consultores suam apéruere mentem. Beatissimus vero Pater, attente his votis exceptis, Suam sententiam edere distulit eo fine, ut ab omnibus una Secum ingeminarentur preces, ut maius caeleste lumen a Deo imploraretur. Porro sententiam Suam quum edere statuisset, hanc diem faustissimam elegit sollemnitatis Praesentationis B. M. V. nec non Dominicam postremam post Pentecosten.

Quocirca Emis Cardinalibus Camillo Laurenti, S. R. C. Praefecto, atque Alexandro Verde, Causae Ponente seu Relatore, nec non R. P. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali meque infrascripto Secretario accitis, divina Hostia pientissime litata, edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Franciscae Xaveriae Caprini, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. R. C. referri mandavit.

Datum Romae, die 21 novembris a. D. 1937.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

FLORENTINA

NULLITATIS MATRIMONII (BERTINI-GIULIANINI)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Cyri Giulianini, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S.. ¡**R.** Rotae (Roma, via della Dataria, 94) die 1 Aprilis 1938, hora undecima ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

Dubium : *An constet de nullitate matrimonii in casu.*

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Cyri Giulianini, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

Enricus Quattrocolo, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 26 Ianuarii 1938.

I. Pendola, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Cyrus Giulianini, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, 94) le 1er avril 1938 à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessus rapporté et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Gonste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Cyrus Giulianini devront, dans la* mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

FLORENTINA

NULLITATIS MATRIMONII (MAZZUOLI-VASCONCELLOS)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Augusti Vasconcellos, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se sive per Procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 3 Maii, hora 12 ad concordandum de dubio disputando vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

An sententia Rotalis diei 30 Iunii 1937 confirmanda vel infirmanda sit in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Augusti Vasconcellos, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

Arcturus Wynen, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 5 Februarii 1938.

I. Pendola, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu¡ de la demeure actuelle de Mr Auguste Vasconcellos, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Romia, via della Dataria, 94) le 3 mai 1938, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessus rapporté et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Doit-on confirmer ou casser la sentence Botale du 30 juin 1937 dans cette cause?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fideles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Auguste Vasconcellos devront, dans la mesure du) possible, l'avertir de la présente citation.

ACTA OFFICIORUM
ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO

AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula :

I — DE COMMUNICATIONE PRIVILEGIORUM INTER RELIGIONES

D. An verba canonis 613 § 1 : *exclusa in posterum qualibet communicatione,* ita intelligenda sint ut revocata fuerint privilegia a religionibus ante Codicem I. C. per communicationem legitime acquisita et pacifice possessa.

R. Negative.

II - DE EXCUSATIONE A POENIS LATAE SENTENTIAE

D. An metus gravis a poenis latae sententiae eximat si delictum, quamvis intrinsece malum et graviter culpabile, non vergat in contemptum fidei aut ecclesiasticae auctoritatis vel in publicum animarum damnum ad normam canonis 2229 § 3 n. 3.

R. Affirmative.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 30 mensis Decembris, anno 1937.

I. Card. SERAFINI, *Praeses.*

L. © S.

I. Bruno, *Secretarius.*

APPENDIX

VICARIATUS URBIS

Citatio edictalis

ROMANA

NULLITATIS MATRIMONII (SERIO-CIRILLT)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Caroli Cirilli (alias Fenaroli) Amaliae Cirilli filii, rei conventi in causa, eumdem citamus ad comparendum, sive per se sive per legitimum procuratorem, in sede huius Tribunalis Ordinarii (via della Pigna, 13-a, Roma) die *B* Aprilis 1938, hora decima de mane, ad concordandum de dubio disputando vel infrascripto subscribendum :

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Excmi locorum Ordinarii, Revmi parochi et fideles quicumque notitiam forte habentes de loco commorationis praedicti Caroli Cirilli (alias Fenaroli) ipsum de hac nostra edictali citatione monere ne omittant.*

B. De Felicis, *Officialis Curiae.*

Ex Cancellaria Vicariatus Urbis, die 8 Februarii 1938.

Petrus Mattioli, *Cancellarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Charles Cirilli (qui répond aussi au nom de Fenaroli) défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal du Vicariat de Rome (via della Pigna 13-a, Roma), le 8 avril 1938, à 10 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessus rapporté et fixer le jour de la décisiors de la cause.

Gonste-t-il de la nullité du mariage dans ce cast

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Charles Cirilli (ou Fenaroli) devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 8 febbraio 1938, nel Palazzo Apostolico Vaticano, all'augusta presenza del Santo Padre si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *generale,* con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali, dei Revmi Prelati Officiali e dei Consultori teologi, i quali hanno dato il loro voto su due miracoli, che si asseriscono da Dio operati ad intercessione del Beato Giovanni Leonardi, Confessore, Fondatore dei Chierici Regolari della Madre di Dio, e che vengono proposti per la sua solenne canonizzazione.

Martedì, 15 febbraio 1938, nel Palazzo delle Congregazioni a S. Callisto, si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *antepreparatoria,* con l'intervento dei Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi, per discutere su due miracoli che si asseriscono da Dio operati ad intercessione della Beata Giovanna Elisabetta Bichier des Ages, Confondatrice delle Suore di S. Andrea, dette Figlie della Croce, e che vengono proposti per la sua canonizzazione.

Martedì, 22 febbraio 1938, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *preparatoria,* con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali, dei Revmi Prelati Officiali e dei Consultori teologi, per discutere su due miracoli che si asseriscono da Dio operati ad intercessione della Venerabile Serva di Dio Domenica Mazzarello, Confondatrice dell'Istituto delle Figlie di Maria Ausiliatrice.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

30 gennaio 1938. L'Ulmo e Revmo Monsig. Taddeo Zakrzewski e il Revmo Padre Francesco Capponi, dell'Ordine dei Minimi, *Consultori della Sacra Congregazione dei Riti per le Cause di Beatificazione e Canonizzazione.*

17 febbraio 1938. Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Francesco Marchetti Selvaggiani, Raífaello Carlo Rossi e Giulio Serafini, *Membri del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

Con Brevi apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

23 dicembre 1937. L'Emo e Revino Signor Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, *Protettore dell'Almo Collegio Capranicense.*

29 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, *Protettore dell'Istituto delle Figlie di Maria Ssma dell'Orto.*

3 gennaio 1938. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Tisserant, *Protettore della Congregazione delle Suore della Madre di Dio* (Parigi).

6 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Lorenzo Lauri, *Protettore del Pontificio Collegio Americano del Nord in Boma.*

14 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, *Protettore delle Suore della Piccola Compagnia di Maria* (Roma).

19 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Maglione, *Protettore dell'Istituto delle Suore Domenicane del S. Cuore* (Hardinghen, diocesi di Arras).

21 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Fuma, *Protettore dell'Istituto delle Beligiose dei Sacri Cuori di Gesù e Maria* (Castellammare di Stabia).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Tisserant, *Protettore della « Congrégation des Sœurs de l'Instruction Charitable du Saint-Enfant-Jésus, dites de Saint Maur»* (Parigi).

1 febbraio » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Domenico Jorio, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Carità « de VHôtel-Dieu », della diocesi di San Giacinto.*

5 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Tisserant, *Protettore dei Monasteri delle Penitenti Becollettine.*

1 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Caccia Dominioni, *Protettore dell'Istituto delle Suore* ***Or****soline di Gandino* (Bergamo).

Assistenti al Soglio Pontificio:

6 novembre 1937. S. E. Revma Monsig. Giuseppe Maria Caro Rodríguez, Vescovo di La Serena.
10 dicembre » S. E. Revma Monsig. Michele Sheehan, Arcivescovo tit. di Germia.
25 » » S. E. Revma Monsig. Emmanuele Pulcheri y Pietrasanta, Vescovo di Zamora nel Messico.
8 gennaio 1938. s. E. Revma Monsig. Gaudenzio Manuelli, Arcivescovo di Aquila.
11 » » S. E. Revma Monsig. Alfredo Arturo Sinnott, Arcivescovo di Winnipeg.
5 febbraio » S. E. Revma Monsig. Giovanni Pietro Leonard, Vescovo di Madura.

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

1 agosto 1936. Monsig. Giuseppe Soukup, dell'archidiocesi di Praga.
» » » Monsig. Antonio Hoffmann, nella medesima archidiocesi.
19 giugno 1937. Monsig. Giovanni Belicky, della diocesi di Rosnavia.
24 » » Monsig. Giovanni Haring, della diocesi di Secovia.
23 ottobre » Monsig. Giacomo Guglielmo Stenson, della diocesi di Omaha.
14 novembre » Monsig. Giovanni Domecq-Cazaux, dell'archidiocesi di Bordeaux.
13 dicembre » Monsig. Daniele Doody, della diocesi di Syracuse.
15 dicembre » Monsig. Felice Richaud, della diocesi di Le Puy-en-Velay.
21 » » Monsig. Francesco Lenotte, dell'archidiocesi di Cambrai.
» » » Monsig. Emilio Deschrever, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Carlo Cocenti, dell'archidiocesi di Milano.
6 gennaio 1938. Monsig. Aristo Giuseppe Lejard, della diocesi di Evreux.
13 » » Monsig. Giorgio Magjerec, dell'archidiocesi di Zagabria.
1 febbraio » Monsig. Anselmo Mori, della diocesi di Guastalla.
3 » » Monsig. Michele F. Sheehan, della diocesi Salt-Lake.

Prelati Domestici di Sua, Santità:

29 febbraio 1936. Monsig. Eugenio Filkom, della diocesi di Mtra.
» » » Monsig. Michele Beno, della medesima diocesi.
1 agosto » Monsig. Giuseppe Cihák, dell'archidiocesi di Praga.
» » » Monsig. Ludovico Groh, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Zaus, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni Sclilenz, della medesima archidiocesi.
28 settembre » Monsig. Metodio Kuban, della medesima archidiocesi.
21 giugno 1937. Monsig. Emilio Richeux, della diocesi di Nantes.

21 giugno 1937. Monsig. Giuliano Ménard, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Adalberto Wahlner, della diocesi di Rosnavia.
22 luglio » Monsig. Andrea Cvincek, della diocesi di Nitra.
» » » Monsig. Francesco Vanëk, della diocesi di Budějovice.
23 ottobre » Monsig. Edoardo Giuseppe Hunkeler, della diocesi di Ornaba.
» » » Monsig. Edoardo Giuseppe Flanagan, della medesima diocesi.
24 » » Monsig. Giuseppe Bosheck, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Bernardo Enrico Lordemann, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Leone Zaplotnik, della medesima diocesi.
14 novembre » Monsig. Giovanni Giuseppe Juilles, dell'archidiocesi di Bordeaux.
6 dicembre » Monsig. Biagio Caravani, dell'archidiocesi di Zara.
14 » » Monsig. Francesco A. Thill, dell'archidiocesi di Cincinnati.
» » » Monsig. Timoteo J. Deasy, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni Franklin Maria Hardeman, della diocesi di Nashville.
» » » Monsig. Francesco Domenico Grady, della medesima diocesi.
16 » » Monsig. Fiorentino Cortial, della diocesi di Le Puy-en-Velay.
22 » » Monsig. Carmine Vincenti (Roma).
» » » Monsig. Giuseppe D'Avack (Roma).
23 » » Monsig. Giovanni Tierney, della diocesi di Glogher.
» » » Monsig. Giacomo Mac Ginley, della diocesi di Raphoe.
» » » Monsig. Giuseppe Emanuelli, della diocesi di Piacenza.
» » » Monsig. Riccardo Francesco Sullivan, della diocesi di Middelsbrough.
» » » Monsig. Patrizio Lynn, della medesima diocesi.
28 » » Monsig. Giacomo Irwin, della diocesi di Geraldton.
» » » Monsig. Giovanni Cirillo Hawes, della medesima diocesi.
29 » » Monsig. Daniele O'Hagan, della diocesi di Dromore.
» » » Monsig. Giuseppe Coissac, della diocesi di Tulle.
30 » » Monsig. Giacomo O'Reilly, dell'archidiocesi di Nuova York.
4 gennaio 1938. Monsig. Agostino F. Ravoire, dell'archidiocesi di Nuova Orleans.
» » » Monsig. Giorgio Andrée, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Augusto Giuseppe Bruening, della medesima archidiocesi.

4 gennaio 1938. Monsig. Carlo Pasquale Greco, della medesima archidiocesi.

y> » » Monsig. Giovanni Martino Eyraud, della medesima archi diocesi.

» » Monsig. Celestino M. Chambón, della medesima archidiocesi.

» » » Monsig. Alberto Hébert,, della diocesi di Evreux.

» » Monsig. Giovanni Gaudet, dell'archidiocesi di Moncton.

» Monsig. Emilio Dèlbez, della diocesi di Boissons.

5 Monsig. Giuseppe Tynanj dell'archidiocesi di Westminster.

» » Monsig. Eustachio Antonio Morrogh-Bernard, della mede sima archidiocesi.

» » Monsig. Giovanni Gabriele Vanee, della medesima archidiocesi.

12 » Monsig. Donato Pafundi, dell'archidiocesi di Acerenza.

13 » Monsig. Vincenzo Fondacaro, della diocesi di Piazza Ar merina.

18 » » Monsig. Armando Chevalier, dell'archidiocesi di Bourges.

20 » » Monsig. Francesco Valente, dell'archidiocesi di Gaeta.

27 » » Monsig. Giovanni Giuseppe D'Ambra, della diocesi di Ischia.

31 » » Monsig. Guglielmo J. Spiegel, della diocesi di Pittsburg.

» » » Monsig. Mcola Pinter, dell'archidiocesi di **s.** Antonio.

» » » Monsig. Francesco W. Walsh, dell'archidiocesi di Nuova York.

» » Monsig. Giovanni A. Nageleisen, della medesima archidiocesi. , ^

1 febbraio Monsig. Salvatore Deriu, della diocesi di Alghero.

» » Monsig. Giuseppe Raimondo Barreiro, dell'archidiocesi di La Piata.

2 » Monsig. Giacomo Dompieri, dell'archidiocesi di Trento.

» Mönsig. Leone Flavigny, della diocesi di Versailles.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

18 novembre 1937. A **s.** E. il sig. Barone Ruggero Borchgrave, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Belgio presso la Santa Sede.

25 gennaio 1938. Al sig. Conte Bernardo di Granard (Inghilterra).

La Placca dell'Ordine Piano:

10 dicembre 1937. Al sig. Barone comm. Edmondo Kaitz von Frentz, dell'archidiocesi di Colonia.

La Gran Croce dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

9 dicembre 1937. Al sig. comm. dott. prof. Bartolomeo Nogara (Roma).
10 » » Al sig. Marchese Benedetto Guglielmi di Vulci (Roma).
12 » » Al sig. Giovanni Pierpont Morgan, dell'archidiocesi di Nuova York.
» » » Al sig. Tommaso Guglielmo Lamont, della medesima archidiocesi.
25 gennaio 1938. A S. E. il sig. Guglielmo Munters, Ministrò degli affari esteri della Repubblica di Lettonia.

La Placca dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

28 gennaio 1938. Al sig. comm. Gaetano Marzotto, della diocesi di Vicenza.
» » » Al sig. comm. Osvaldo Bona,-dell'archidiocesi di Torino.

La Commenda con Placca dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe cwile:

22 luglio 1937. Al sig. dott. Giovanni Giorgio Riickl, dell'archidiocesi di Praga.
4 novembre » Al sig. Mario De Andrade-Ramos, dell'archidiocesi di S. Sebastiano di Rio de Janeiro.

La Commenda con Placca dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe militare:

29 dicembre 1937. Al sig. Generale Alessandro Fornaca (Italia).

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

19 ottobre 1937. Al sig. avv. Antonio Ansaldo, dell'archidiocesi di Genova.
» » » Al sig. dott. Nicola Massa, della medesima archidiocesi.
29 dicembre » Al sig. cav. Carlo de Montgolfier, della diocesi di Viviers.
5 gennaio 1938. Al sig. dott. Pietro Olivotti, del Patriarcato di Venezia.
» » » Al sig. Enrico Giovanni Hope, dell'archidiocesi di Westminster.
8 » » Al sig. Leonzio Rioufol, della diocesi di Le Puy-en-Velay.
» » Al sig. Conte Pietro de Guiìhermier, dell'archidiocesi di Avignone.
10 » » Al sig. dott. Giulio Tabar Donoso, dell'archidiocesi di Quito.
25 » Al sig. Guglielmo Masens (Lettonia).

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

23 luglio 1937. Al sig. Francesco Stëtka, delParchidiocesi di Praga.
14 dicembre » Al sig. Federico Eckert, delPareliidiocesi di Vienna.
» » » Al sig. Giovanni Furet, dell'archidiocesi di Bordeaux.
15 » » Al sig. Ludovico Mouchon, dell'archidiocesi di Sens.
16 » » Al sig. Ernesto Caplain, della diocesi di Saint-Brieuc.
» » » Al sig. Goffredo de Boisgelin, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Andrea de Vulpian, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Francesco Hervieu, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Antonio Achard, dell'archidiocesi di Avignone.
» » » Al sig. Gabriele Bonnet, della medesima archidiocesi.
21 » » Al sig. Giovanni Hennion, della diocesi di Lilla.
» » » Al sig. Giorgio Delhaize, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Cesare Piat, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Oscar Poncelet Laloy, della medesima diocesi.
22 » » Al sig. dott. Enrico Thibault, dell'archidiocesi di Cambrai.
» » » Al sig. ing. Yvon Courcoux, della medesima archidiocesi.
29 » » Al sig. avv. Ludovico Lacoste, della diocesi di Tulle.
» » » Al sig. Marco Pradelle, della diocesi di Viviers.
5 gennaio 1938. Al sig. Edoardo Huntly-Gordon, dell'archidiocesi di Westminster.
» » » Al sig. Giorgio Elliot-Anstruther, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Bertoldo S. Kittel, della medesima archidiocesi.
6 » » Al sig. Paolo Souty, della diocesi di Evreux.
8 » » Al sig. Emilio Lanoe, della diocesi di Nantes.
10 » » Al sig. Tommaso F. Walsh, della diocesi di Savannak-Atlanta.
» » » Al sig. Giovanni W. Gleason, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Riccardo Reid, della medesima diocesi.
18 » » Al sig. Enrico Giovanni Maria Hofstee, della diocesi di Haarlem.
» » » Al sig. Reginaldo Eyre-Huddleston, della diocesi di Northampton.
31 » » Al sig. prof. Romualdo Piatkowski, dell'archidiocesi di Detroit.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

24 luglio 1937. Al sig. Generale Carlo Herman, dell'archidiocesi di Praga.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

25 gennaio 1938. Al sig. Capitano Gualtiero Legge (Inghilterra).

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

23 luglio 1937. AI sig. dott. Ottone Feilchenfeld, dell'archidiocesi di Praga.

La Commenda dell'Ordine di S, Silvestro Papa:

23 luglio 1937. Al sig. Rodolfo Ghavát, dell'archidiocesi di Praga.
» » » Al sig. dott. Enrico Hatlák, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. ing. dott. Giuseppe áimek, della medesima archidiocesi.
19 dicembre » Al sig. Serafino Rosso, della diocesi di Ivrea.
23 » » Al sig. cav. Basilio Martini, della diocesi di Fabriano.
28 » » Al sig. Vincenzo Rosati (Roma).
29 » » Al sig. Barone Giovanni Scola-Camerini (Italia).
8 gennaio 1938. Al sig. Emilio Celle, della diocesi di Acqui.
10 » » Al sig. Cesare Alvarez Valdiviezo, dell'archidiocesi di Quito.
27 » » Al sig. dott. Alfonso Artiaco, della diocesi di Pozzuoli.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

19 giugno 1936. Al sig. Giorgio Schreiner, della diocesi di Budějovice.
» » » Al sig. Carlo Malik, della medesima diocesi.
29 gennaio 1937. Al sig. Carlo Mares, dell'archidiocesi di Praga.
22 luglio » Al sig. Tommaso Dytrych, della diocesi di Brno.
» » » ÀI sig. ing. Enrico Moos (Cecoslovacchia).
» » » Al sig. Stanislao Mojzíá-Lom (Cecoslovacchia).
24 » » Al sig. Francesco Kliment, dell'archidiocesi di Praga.
» » » Al sig. dott. Miloslao Preininger, della medesima archidiocesi.
» » » ÀI sig. Senatore Francesco Novak, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. dott. Antonio Bouèek, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Giuseppe Fikejzl, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. dott. Paolo Kavánek, della medesima archidiocesi.
» » » Al N. U. sig. Francesco dei Principi Schwarzenberg, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. prof. Domenico Trnka, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Alfredo Albrecht, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Giovanni Scheinost, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Giuseppe Schleiss, della medesima archidiocesi.
» » »; Al sig. Carlo Hofbauer, della medesima archidiocesi.

3 novembre 1937. Al sig. Giuseppe Papica, dell'archidiocesi di Olomouc.
13 dicembre » Al sig. prof. arch. Luigi Bartesaghi, dell'archidiocesi di Milano.
15 » Al sig. Ludovico De Vocht, dell'archidiocesi di Malines.
19 » Al sig. Michele Bianchi, della diocesi di Ivrea.
21 » Al sig. Enrico Sammartino (Roma).
28 » » Al sig. prof. Pietro Lancini, della diocesi di Brescia.
5 gennaio 1938. Al sig. Conte Guglielma de Vaumas, della diocesi di Evreux.
18 » » Al sig. Antonio Giuseppe Loerakker, della diocesi di Haarlem.
1 febbraio » Al sig. Antonio Francesco Sutton, dell'archidiocesi di Adelaide.
8 » » Al sig. avv. Pompeo Tringali, della diocesi di Noto.
» » Al sig. prof. Corrado Dolio, della medesima diocesi.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

11 novembre 1937. Monsig. Curzio Mancini, della diocesi suburbicaria di Frascati.
2 dicembre » Monsig. Antonio Szedkér, della diocesi di Sabaria.
» » » Monsig. Giovanni Gacs, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Zimits, della medesima diocesi.
18 » » Monsig. Vincenzo Dell'Arte, della diocesi di Noto.
» » Monsig. Antonio Occhipinti, della medesima diocesi.
» » Monsig. Nunzio Cavalieri, della medesima diocesi.
» Monsig. Giuseppe Ruffino, della medesima diocesi.
30 » » Mons.g. Ladislao Serinaldi Pontani, dell'archidiocesi di Spoleto.
» Monsig. Filippo Pompei, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Marco Gradassi, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Marco Degani, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Biocca, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Bonaventura Pirri, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Cesare Marroni, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Silvio Soldoni, della medesima archidiocesi.
13 gennaio 1938. Monsig. Bartolomeo Kutal, dell'archidiocesi di Olomouc.
» » » Monsig. Francesco Cinek, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni Rypar, della medesima archidiocesi.
» Monsig. Enrico Schaller, della diocesi di Basilea.

20 gennaio 1938. Monsig. Alberico Del Signore, della diocesi di Alatri.
3 febbraio » Monsig. Silvio Sacchetti, dell'archidiocesi di Chieti.
» » » Monsig. Romano R. Atkielski, dell'archidiocesi di Milwaukee.

Camerieri Segreti Soprannumerari di Spada e Cappa di S. 8.:

27 gennaio 1938. Il sig. Giovanni t. Smith, dell'archidiocesi di Nuova York.
» » » Il sig. Alfredo E. Smith, della medesima archidiocesi.
»¡ » » Il sig. Giovanni S. Burke, della medesima archidiocesi. \
» » » Il sig. Carlo de Lorang, della diocesi di Limburgo.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

30 dicembre 1937. Monsig. Vincenzo Gandolfi, dell'archidiocesi di Bologna.
13 gennaio 1938. Monsig. Giuseppe Polasek, dell'archidiocesi di Olomouc.
» » » Monsig. Carlo Kolsdorf, della medesima archidiocesi.
20 » » Monsig. Carlo Kuca, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Paolo Rimoldi, dell'archidiocesi di Milano.
27 » » Monsig. Ermenegildo Bosco, dell'archidiocesi di Udine.
» » » Monsig. Vittorio Tonelli, della medesima archidiocesi.

Camerieri d'onore Soprannumerari di Spada e Cappa di S. S.:

14 maggio 1936. Il sig. Luigi Meda, dell'archidiocesi di Milano.
27 gennaio 1938. Il sig. Edoardo Descufìi (Roma).

Cameriere Segreto d'onore di S. S.:

2 settembre 1937. Monsig. Ruggero Battistoni, della diocesi di Amelia.

NECROLOGIO

9 febbraio 1938. Monsig. Floriano Démange, Vescovo tit. di Adraso.
12 » ' » Monsig. Giacomo Byrne, Vescovo di Toowoomba.
16 » » Emo Signor Card. LUIGI CAPOTOSTI, del Titolo di S. Pietro in Vincoli-
lo » » Monsig. Giulio Campero y Aráoz, Vescovo tit. di Sofene.
23 » » Monsig. Michele Giuseppe Spratt, Arcivescovo di Kingston.

Au. et vol. XXX 30 Martii 1938 (Ser. Il, ,. y) - Num. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

SACRUM CONSISTORIUM

I

CONSISTORIUM SECRETUM

I - RELATIO CAUSARUM

Feria quinta, die xvn martii anno MDCCCCXXXVIII, in consueta aula Palatii Apostolici fuit *Consistorium secretum,* cuius acta ex ordine referuntur.

Revmus Cardinalis Oamillus Laurenti, impetrata Beatissimi Patris venia, sermonem habuit de vita, martyrio et de miraculis B. Andreae Bobola, martyris, sacerdotis professi Societatis Iesu, necnon de vita et miraculis B. Ioannis Leonardi, confessoris sacerdotis, fundatoris Congregationis Clericorum regularium a Matre Dei et B. Salvatoris ab Horta, confessoris, laici professi Ordinis Fratrum Minorum; ac recensuit acta, quae in causis* Beatificationis et Canonizationis eorumdem Beatorum Sacrorum Rituum Congregatio, praevio accurato examine, admittenda ac probanda censuit.

Relatione expleta, Ssmus Dominus Noster, Revmorum Patrum Cardinalium singillatim suffragia exquisivit : singulique Patres Cardinales sententiam suam aperuerunt.

II - PROVISIO ECCLESIARUM

Deinde, Card. Boetto ex aula Consistoriali egresso, Beatissimus Pater Metropolitanae Ecclesiae lanuensi praefecit eumdem Emum P. D. Petrum **S.** R. E. Cardinalem Boetto, qui postea iterum in aulam consistorialem ingreditur.

Ssmus insuper sequentes proposuit Ecclesias :

Cathedrali Ecclesiae Vallis Paradisi praefecit Exmum P. D. Raphaelem Lira, hactenus Episcopum Rancaguensem.

Cathedrali Ecclesiae Aquaependensi R. D. Iosephum Pronti, Vicarium generalem dioecesis Assisiensis.

Cathedrali Ecclesiae Principis Albertensis R. P. Reginaldum Duprat, Ordinis Praedicatorum, hactenus Administratorem Apostolicum eiusdem dioecesis.

Cathedrali Ecclesiae Saginavensi R. D. Gulielmum Murphy, Antistitem Urbanum et parochum ad Sancti Davidis in civitate Detroitensi.

Cathedrali Ecclesiae IAngayensi R. D. Marianum Madriaga, secretarium Curiae episcopalis Novae Segobiae.

Titulari episcopali Ecclesiae Conensi R. D. Michaelem Buzalka, Antistitem Urbanum et Rectorem Seminarii Tyrnaviensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Pauli Jantausch, Administratoris Apostolici Tyrnaviensis.

Insuper alios per Apostolicas sub plumbo Litteras iam renunciatos sacrorum Antistites publicavit, videlicet :

ARCHIEPISCOPOS :

Smymensem. Iosephum Descufii.

Chalcedonensem Armenorum, Sergium Der Abrahamian, iam Episcopum Cucusenum.

Vallisoletanum, Antonium Garcia y Garcia, iam Episcopum Tudensem.

EPISCOPOS :

Metrensem et Praelatum Registre n sem, Iosephum Selva.

Catharensem, Paulum Butorac.

Hierocaesariensem, Franciscum Iustum Rarkowski.

Madurensem, nuper erecta dioecesi, Ioannem Petrum Léonard, iam Episcopum Trichinopolitanum.

Portaugustanum, Ioannem Lonergan.

ISaesinensem, Petrum Martinum Ngödinh-Thuc, primum Vicarium Apostolicum de Vinh-Long.

Pacensem, Abelem Isidorum Antezana y Roias, iam Episcopum Orurensem.

Ovetensem, Emmanuelem Arce y Ochotorena, iam Episcopum Zamorensem.

Orurensem, Richardum Chávez.

Trichinopolitanum, Iacobum Mendonça.

Latopolitanum, Ioannem Odendahl, Vicarium Apostolicum Limonensem.

Tarbiensem et Lapurdensem, Georgium Ohoquet, iam Episcopum Lingonensem.

Legionensem, Carmelum Ballester y Meto.

Barrensem de Pirahy, Iosephum Andream Coimbra.

Sanavensem, Gulielmum Griffin, Auxiliarem Excmi P. D. Thomae Iosephi Walsh, Archiepiscopi Novarcensis.

Agennensem, Ioannem Rodié, iam Episcopum Adiacensem.

Rupellensem, Aloisium Liagre.

Alajuelensem, Victorium Sanabria.

III - OPTIO ECCLESIAE

Tum Revmus Cardinalis Petrus Boetto, Diaconus S. Angeli in Foro Piscario, optavit ad Ordinem Presbyterorum. Quam optionem Beatissimus Pater benigno favore excepit, elevans Diaconiam S. Angeli in Foro Piscario, pro hac vice, in Titulum Presbyteralem.

IV - POSTULATIO PALLIORUM

Deinde Revmus Cardinalis Petrus Boetto personaliter pro Pallio institit pro Metropolitana Ecclesia lanuensi.

Per Procuratores vero postulatio facta est pro Ecclesiis metropolitanis : *Vallisoletana, Kingstoniensi* (per successionem) et *Edmontonensi* (per successionem); item pro Ecclesia archiepiscopali *Smymensi* et pro episcopali *Tarbiensi* et *Lapurdensi* (ex privilegio).

II

CONSISTORIUM PUBLICUM

Secreto Consistorio feliciter absoluto, fuit in continenti Consistorium publicum pro solemni peroratione Causarum Beati Andreae Bobola, martyris, necnon Beatorum Ioannis Leonardi et Salvatoris ab Horta, confessorum, de quibus supra.

Illmi Domini Philippus Re, Augustus Milani et Augustinus Lenti, sacrae Consistorialis Aulae Advocati, relatis breviter vita, martyrio et miraculis Beati Andreae Bobola necnon vita et miraculis Beatorum Ioannis Leonardi et Salvatoris ab Horta, pro eorumdem Canonizatione respective institerunt.

Quibus in genua provolutis, R. P. D. Antonius Bacci, Apostolicarum Litterarum ad Principes Secretarius, stans a sinistris Pontificalis Solii, cappa indutus, Sanctitatis Suae nomine his verbis respondit :

<(Quod vos diserte, ut soletis, triplicem perorantes causam, enixe postulastis, id Augustus Pontifex grato animo complectitur; quandoquidem nihil antiquius habet, quam ut evangelicae virtutis héroes ita in sua luce ponantur, ut quotquot sunt militantis Ecclesiae filii, eorum intuentes sanctitudinis fulgorem, in trepidis afflictisque huius vitae rebus solacium, in arduo christianae perfectionis certamine invitamentum, in omne genus necessitatibus auxilium habeant.

Ac praeterea ex horum caelitum egregie sanctissimeque gestis, omnium admirationi imitationique propositis, hoc vel luculentius enitere autumat, quod in praesenti rerum gravitate spem Suam, Dei innixam pollicitationibus, acuit ac roborat. Patet scilicet, historia teste, quo turbulentioribus tempestatibus christifidelium communitas iactetur, quo acriore conflictetur odio insidiisque petatur, eo splendidiores edere sanctitatis flores; viros nempe, qui forti strenuoque pectore pro catholico nomine certantes, Iesu Christi imaginem in se referant, omnesque devios ad eum revocare contendant. Quod procul dubio testatur Salvator ab Horta, humilis ille Seraphici Patriarchae assectator, qui, dum Mahumedana impietas, Mauritanorum opera Hispaniae invecta, tam late inibi christianos corrumpit ac profligat mores, suae exemplo virtutis et innumeris rerum miraculis divina ope patratis, cives ad millia bene multa in pristinum vitae decus restituit. Hoc itidem Ioannes Leonardius testatur, Congregationis Clericorum Regularium a Matre Dei conditor, qui, sua suorumque navitate, et exundantes per Italiam e transalpinis re-

gionibus Novatorum haereses coërcuit ac prohibuit, et actuosus exstitit apostolici illius studii fautor, quo excitatae deinceps sacrae propagandae fidei expeditiones tam salutíferos protulere fructus. Hoc denique testatur Andreas Bobola, sacerdos Societatis Iesu, qui saeviente in Polonia intensissimo Catholicae Religioni bello, cum « venator animarum » ac Iesu Christi administer totus esset in Dei Ecclesiaeque iuribus tutandis, in suorumque civium leniendis malis, vecordi schismaticorum furore petitus, atque inauditis prorsus cruciatibus affectus, immortalem martyrii palmam gloriosa morte consecutus est. Hos igitur praeclaros caelites exoptat Summus Pontifex sanctitatis decorare Ínfula; sed tamen nihil vult ex iis desiderari rebus rationibusque, quibus Apostolica Sedes, ex peculiari more institutoque suo, graves eiusmodi causas expedire solet. Quapropter non ante inviolabile auctoritatis Suae oraculum laturus est, quam in Consistorio Semipublico, quod vocant, Patrum S. Romanae Ecclesiae Cardinalium, itemque omnium, quotquot in Urbe aderunt Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi et Abbates *nullius,* sententias exquisierit. Hoc vero temporis intervallo, percupit Sanctitas Sua ut omnes effusis precibus uberiora Sancti Spiritus lumina menti Suae impetrent ».

Post haec Beatissimus Pater, Apostolicam benedictionem solemniter impertient}, concionem dimisit.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

QÜILONENSIS

A DIOECESI QUILONENSI TERRITORII PARS SEIUNGITUR, EX QUA NOVA ERIGITUR DIOECESIS « TRIVANDRENSIS LATINORUM », CARMELITARUM DISCALCEATORUM ORDINI CONCREDENDA; DIOECESIS VERO QUILONENSIS CLERO SAECULARI COMMITTITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In ora Malabarica felicius in dies catholico nomine succrescente, ad maius christifidelium ibi degentium spirituale bonum eorumque regimen facilius reddendum, peropportunum visum est amplissimum Quilonensis dioecesis territorium dividere et novam exinde pro catholicis latini ritus erigere dioecesim. De consulto igitur venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum, libenti animo excipiendum duximus et exsecutioni mandandam consilium praébitum ab anno millesimo nongentesimo vigesimo nono a venerabili Fratre Aloisio Maria Benzinger, tunc Episcopo dioecesis Quilonensis, ac dein, annuente venerabili Fratre Vincentio Victore Dereere, eiusdem in praesenti dioecesis Antistite, a venerabili Fratre Leone Petro Kierkels, Archiepiscopo titulari Salaminensi et in Indiis Orientalibus Delegato Apostolico, confirmatum. Quapropter, omnibus mature perpensis, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia (|eque apostolicae potestatis plenitudine, a praefatae dioecesis Quilonensis territorio totam partem illam dismembramus, quae ad civilem districtum de *Trivandrum* pertinet eiusque civiles complectitur subdivisiones (vulgo *taluks) de Chirayinkil, Nedumangad, Trivandrum,* et *Neyathinkara,* atque territorium ita distractum in novam dioecesim pro catholicis latini ritus erigimus et constituimus eamque ab urbe *Trivandrum, « Trivandrensem Latinorum* » nuncupandam decernimus atque Carmelitarum Discalceatorum Ordinis, tam de catholicis missionibus in Indiis Orientalibus benemeriti, sodalibus provinciae Flandriae, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, per praesentes Litteras concredimus. Dioecesim vero Quilonensem, ita territorio imminutam, cleri saecularis curis posthac commissam volumus. Novae autem Trivandrensis dioecesis

sedem in urbe *Trivandrum,* a qua, ut iam diximus, dioecesis ipsa nomen mutuatur, constituimus, Episcopi vero sedem in ecclesia Deo in honorem **S.** Ioseph dicata, in eadem urbe exstante, Agimus, ipsamque propterea ad Cathedralis Ecclesiae gradum et dignitatem evehimus, eique eiusque pro tempore Episcopis omnia concedimus iura, honores, insignia, favores, gratias et privilegia quibus ceterae Cathedrales Ecclesiae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus* et obligationibus, quibus ceterae Cathedrales Ecclesiae earumque Antistites adstringuntur. Novam hanc dioecesim Trivandrensem suffraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae Verapolitanae, eiusque pro tempore Episcopos metropolitico iuri Archiepiscopi Verapolitani subiicimus. Cum vero in Cathedrali Ecclesia Trivandrensi Canonicorum Capitulum modo erigi nequeat, indulgemus ut, ad iuris tramitem, pro Canonicis Consultores dioecesani interim eligantur. Quod autem attinet ad novae huius dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris Apostolici, sede vacante, electionem, ad iuvenum, qui ad statum clericalem vocati sint, institutionem, ad clericorum et fidelium iura et onera, aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones praescribunt. Mandamus insuper ut documenta et acta quae dioecesim Trivandrensem Latinorum respiciunt, a dioecesis Quilonensis cancellaria quam primum fieri poterit curiae episcopali novae dioecesis tradantur ut in eius archivo religiose serventur. Rebus igitur ita dispositis ac statutis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda venerabilem Fratrem Leonem Petrum Kierkels, in Indiis Orientalibus Delegatum Apostolicum, deligimus, eique propterea necessarias ad id et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; eidemque onus imponimus ad S. Congregationem de Propaganda Fide authenticum exsecutionis actorum exemplar intra sex menses ab his Litteris acceptis transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet quorum interest vel qui sua interesse praesumat auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas ei emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis

auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus. Statuimus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis. Nemini igitur hanc paginam dismembrationis, erectionis, concessionis, statuti, commissionis, mandati et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentésimo trigesimo septimo, die prima mensis Iulii, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*
Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Cano. Ap., Vol. LVII, n. 4I - **Al. Trussardi**

II

LUXEMBURGENSIS

DIOECESIS LUXEMBURGENSIS DISMEMBRATUR ET NOVA ERIGITUR ABBATIA NULLIUS « SS. MAURITII ET MAURI ».

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Intra Luxemburgensis dioecesis fines Abbatia exstat Ss. Mauritii et Mauri in *Clervauæ,* Ordinis S. Benedicti, quae, cum spiritualibus fructibus et incrementis iam abundet uberrimis, in errantibus potissimum ad ecclesiae unitatem revocandis, digna visa est, quae ad Abbatiae *nullius* gradum et dignitatem evehatur. Lubenti igitur animo carissimi in Christo Filii Nostri Magni Ducatus Luxemburgensis Serenissimi Principis preces excipientes, simulque paternae Nostrae benevolentiae non mediocri testimonio praeclara merita honestare cupientes, quibus dilecti Filii illius Abbatiae Monachi pro animarum bono exornantur, audito venerabili Fratre Ioseph Philippe,, Episcopo Luxemburgensi, atque suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, e Luxemburgensis dioecesis territorio partem illam seiungimus, quae septis tantummodo circumscribitur Abbatiae quam supra diximus Ss. Mauritii et Mauri in *Olervaux,* eamque in Abbatiam *nullius dioeceseos,* eodem *Ss. Mauritii et Mauri* nomine nuncupandam, erigimus et constituimus, atque Nobis et Apostolicae Sedi immediate subiicimus. Quamvis autem Abbatia ipsa paroeciis careat, tamen, ex peculiari gratia, non obstante canonis § 2 C. I. C. praescripto, eiusdem Abbatiae Abbati *nullius* pro tempore existenti omnia, tribuimus iura, privilegia et facultates, quibus ceteri per orbem Abbates *nullius* fruuntur, quorum ofiiciis et obligationibus ipse quoque erit adstrictus. Novae insuper huius Ss. Mauritii et Mauri Abbatiae Ecclesiam ad Ecclesiae abbatialis *nullius* gradum et honorem extolliinus cum omnibus praerogativis et privilegiis, quae huiusmodi Ecclesiis abbatialibus iure communi competunt. Ad quae vero exsecutioni mandanda venerabilem Fratrem Clementem Micara, Archiepiscopum titularem Apamenum in Syria, in Magno Ducatu Luxemburgensi Internuntium Apostolicum, dèlegamus eidemque facultates necessarias et opportunas tribuimus, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, et cum onere ad Sacram

Congregationem Consistorialem intra sex menses, ab his Litteris datis computandos, authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Volumus insuper ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die quarta mensis augusti, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
S. G. Consistorialis a Secretis

Ioseph Wilpert, *Decanus (JpUegii Proton. Apost.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

***Reg. in Canc. Ap., Vol. LVJI, n.* 77 - D. Francini.**

EPISTULAE

I

AD EXCMUM P. D. LEONEM PETRUM KIERKELS, ARCHIEPISCOPUM TIT. SALAMINENSEM ET DELEGATUM APOSTOLICUM IN INDIIS ORIENTALIBUS, QUEM LEGATUM MITTIT AD CONGRESSUM EUCHARISTICUM EX REGIONIBUS INDIARUM ORIENTALIUM IN URBE MADRASPOLITANA CELEBRANDUM.

PIUS PP. XI

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam'Benedictionem. — Singulari animi delectatione nuper accepimus, in nobilissima urbe Madraspolitana, Decembri mense proximo exeunte, Congressum Eucharisticum ex latissimis Indiarum regionibus concelebratum iri. Haec autem sacra sollemnia eo magis opportuna videntur, quod impraesentiarum feliciter completur annus quinquagesimus, ex quo ecclesiastica Hierarchia in

istis terris infidelium auspicato erecta est. Constat enimvero hoc diuturno temporis intervallo, duplicato Praefecturarum ac Vicariatuum Apostolicorum numero, studiis laboribusque sacrorum administrorum ad nutum Sanctae Sedis Episcoporumque perauctis, generosa quoque fidelium agmina magnum ibidem incrementum habuisse. Quare consentaneum plane est, christianum populum plurimas divino Salvatori pro supernis beneficiis gratias persolvere, eumque sollemni supplicatione deprecari, ut benigne velit ceteros quoque infideles, qui in tenebris adhuc et in umbra mortis sedent, ad suum ovile quam primum adducere. Nos autem, quibus tantopere cordi est, ut regnum Christi per augustum caritatis Sacramentum amplissime dilatetur, inita consilia ad proximum Indiarum Congressum spectantia perlibenti animo dilaudamus, Nostraque auctoritate etiam atque etiam commendamus. Praeterea, ut sollemnitas ipsa celebrationis per Nostram participationem adaugeatur, eidem adesse ac praeesse per Legatum Nostrum constituimus. Te igitur, Venerabilis Frater, qui archiepiscopali dignitate praefulges atque Delegati Apostolici munere Nostram iam geris in Indiis Orientalibus personam, Legatum Nostrum eligimus ac renuntiamus, ut Conventui Eucharistico Indiano, in Madraspolitana civitate sub finem vertentis anni ineundo, Nostro nomine Nostraque auctoritate praesideas. Certa autem spes Nos tenet, perhonorificum eiusmodi munus, pro egregia tua erga sanctissimam Eucharistiam pietate ac rerum istius regionis experientia, proque amore quo cum innumero isto populo devinciris, industrie te salubriter que obiturum. Interea salutis Auctorem novae enixe flagitamus, ut, praelucentibus exemplo Christi fidelibus atque Pastorum praeceptis votisque obsecundantibus, illi etiam, quos sub peccato vetusta servitus tenet, ad admirabile Christi lumen et regnum haud mora feliciter perveniant. Cuius quidem caelestis misericordiae praenuntia ac paternae dilectionis Nostrae testis esto Apostolica Benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater, sollerti Archiepiscopo Madraspolitano cunctisque Congressui adfuturis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxu mensis Novembris, anno MDCCCCXXXVII, Pontificatus Nostri sexto decimo., .

PIUS PP. XI

II

AD EXCMUM P. D. HECTOREM PELICI, ARCHIEPISCOPUM TIT. CORINTHIENSEM ET NUNTIUM APOSTOLICUM IN REPUBLICA CHILENA, QUEM LEGATUM MITTIT AD VII CONGRESSUM EUCHARISTICUM EX TOTA CHILENA NATIONE IN CIVITATE DE IQUIQUE CELEBRANDUM.

PIUS PP. XI

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Ineunte anno proximo, ut nuper libenti animo didicimus, septimum ex tota natione Chilena Congressum Eucharisticum in civitate de Iquique peractum iri. Hisce enim sacris coetibus sollemnibusque in honorem augustissimi Sacramenti caerimoniis ac pompis, non modo debitae Deo gratiae pro innumeris beneficiis christiano populo collatis egregie persolventur, verum etiam fides pietasque publica magnopere provehetur, civilisque consortio ad superna persequenda bona, ad bonos mores fovendos, fortiter suaviterque allicietur. Quare suscepta ad Eucharisticam celebrationem apparandam consilia perlibenter dilaudamus, omnesque bonos fideles acriter hortamur, ut sollertem curam operamque suam Conventui ineundo conferre velint. Quo autem Nostra participatio arctior manifestiorque evadat, te, Venerabilis Frater, qui, archiepiscopali dignitate praeditus, pro coliate munere Nostram iam in Chilena Republica geris personam, Legatum Nostrum eligimus atque constituimus, ut Congressui Eucharistico in civitate de Iquique ex universa natione Chilena proxime cogendo nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideas. Pro certo autem habemus, te praeclarum Nostrae voluntatis interpretem exstiturum, sacramque celebrationem in Christi Regis laudem et gloriam, in populi christiani utilitatem ac profectum, ad felicem exitum perducturum. Caelestis interea praesidii opisque conciliatrix ac paternae caritatis Nostrae nuntia sit ac testis Apostolica Benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater, egregio Episcopo de Iquique, ceterisque Praesulibus, itemque sacerdotibus,, magistratibus ac fidelibus Eucharisticae sollemnitati adfuturis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXX mensis Novembris, in festo Sancti Andreae Apostoli, anno MDCCCCXXXVII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XI

III

AD EXCMUM P. D. EDMUNDTJM **GLEES0N**, EPISCOPUM MAITLANDENSEM, DE CONVENTU EUCHARISTICO AC MISSIONALE EX TOTA AUSTRALASIA IN URBE NOVOCASTRENSI INEUNDO.

PIUS PP. XI

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Clarissima in urbe Novocastrensi ad aestuarium Huver fluminis sita, non minus industria operum quam religionis studio probata, proximo anno ad sacras Missiones fovendas, uti libenti animo accepimus, Congressus Eucharisticus opportune peragetur, quo ex tota Australia sacrorum Antistites, sacerdotes, Christi fideles, invitatui tuo obsecundantes, alacriter convenient. Quae quidem salutaria incepta non modo Nobis pergrata exstitere, verum etiam spem bonam iniciunt se christianae vitae profectui in Australiana regione plurimum esse allatura. Illud enim miserentissimus humani generis Redemptor per sacram Eucharistiam persequi voluit, ut omnes in terris peregrinantes, vetere servitute reiecta, supernaturalem vitam habeant, et abundantius habeant. Nullum ergo validius efficaciusque ad animas Deo quaerendas auxilium excogitari potest, quam hoc divinae caritatis Sacramentum, quod merito omnibus est laudibus extollendum, eiusque cultus maximo ardore fovendus atque amplificandus. Quare, precatione Nostra ad Deum suppliciter admota, paterna vota atque omina elicimus, ut Conventus iste Eucharisticus ac Missionalis, in urbe Novocastrensi ineundus, iucundissimo ac felicissimo eventu compleatur. Ipsa autem argumenta conlatis studiis pertractanda, tum sacri ritus magna pompa peragendi atque res missionales, sollemni expositione conventuris spectandae, acres fidelium animis stimulos adicient, quibus ipsi divinam Eucharistiam incensa in dies magis pietate et observantia colant, indeque vehementiorem ad missionalem causam impulsionem excipiant. Minime vero dubitamus, quin, oblata Congressus istius opportunitate, Opera ipsa a Propaganda Fide, a Sancto Petro Apostolo, nec non Consociatio missionalis cleri, tantopere laudanda atque commendanda, laetis istic incrementis affatim augeantur. Horum interea optatorum auspiciorumque comitem, peculiarisque dilectionis Nostrae testem, Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater, clero populoque tuae vigilantiae commisso, itemque universis Congressui adfuturis amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXI mensis Novembris, anno MDCCCCXXXVII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

NELSONENSIS-VANCUVERIENSIS

DECRETUM

DE FINIUM DETERMINATIONE

Per Apostolicas Litteras diei 22 Februarii 1936 erecta fuit dioecesis Nelsonensis eidemque assignatum territorium avulsum ab archidioecesi Vancuveriensi, comprehendens integros decanatus *Nelson* et *CranbrooJh,* necnon partem decanatus *Kelowna.*

Cum autem quoddam exortum fuerit dubium circa limites inter memoratas dioeceses, Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI, praesenti Consistoriali Decreto statuit ut praefati fines pressius determinentur ut sequitur :

Ad meridiem, a linea parallela gradus 49ml latitudinis septentrionalis, quae dividit regionem Canadensem a Statibus Foederatis Americae Septentrionalis, ab intersectione eiusdem lineae cum limite occidentali provinciae civilis *Alb erta* usque ad meridianum 120"m; *ad occidentem* a linea quae, iuxta idem meridianum, ascendit ad 50"ra parallelum atque, ipsum sequens usque ad 119ulü meridianum, per idem ascendit ad gradum 53um latitudinis; *ad septentrionem* a linea quae per eumdem gradum attingit fines occidentales memoratae provinciae *Alberta;* denique *ad orientem* a finibus pariter eiusdem provinciae.

Ad haec autem exsecutioni mandanda Sanctitas Sua deputare dignata est Revmum D. Humbertum Mozzoni, Regentem Delegationem Apostolicam in Regione Canadensi, eidem tribuens facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; eidem facto onere mittendi, intra sex menses, ad hanc S. C Consistorialem authenticum exemplar peractae exsecutionis actus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 18 Decembris 1937.

Fr. C. R. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. ffi S.

V. Santoro, *Adsessor.*

II

DECRETUM

DE CONSISTORIO SEMIPUBLICO AD EXQUIRENDA SUFFRAGIA PRO CANONIZATIONE BEATORUM: ANDREAE BOBOLA, MARTYRIS, IOANNIS LEONARDI ET SALVATORIS AB HORTA, CONFESSORUM.

Peractis iam de more Consistoriis, tum secreto, tum publico, die decima septima huius mensis martii in Palatio Apostolico Vaticano, Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia Pp. XI Consistorium semipublicum die trigesima prima eiusdem mensis martii currentis habendum decrevit, in quo exquiret Episcoporum sententiam pro canonizatione Beati Andreae Bobola, Martyris, Sacerdotis professi Societatis Iesu, Beati Ioannis Leonardi, Confessoris, Fundatoris Congregationis Clericorum Regularium a Matre Dei et Beati Salvatoris ab Horta, Confessoris, laici profèssi Ordinis Fratrum Minorum.

Quapropter Ssmus Dominus praescribit ut omnes Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, Praelati et Abbates *nullius*, qui sunt intra centesimum ab Urbe lapidem, si possint, Romam tempestive petant, praefato Consistorio intersint, suffragium suum, *brevissima oratione*, edituri et solemni canonizationi, si in eodem Consistorio indicta fuerit, suo tempore adsistant. Ceteros vero Antistites de his quae supra memorantur certiores reddit, laetus quidem si qui ad eumdem finem romanum iter suscipere velint. Ne autem locorum Ordinarii frequentibus itineribus nimium graventur, Sanctitas Sua benigne indulget ut qui sive occasione Consistorii Romam convenerint sive praefatis solemniis adfuerint, proxima vice ab obligatione sacra Limina visitandi eximantur, salvo onere remittendi ad hanc Sacram Congregationem Relationem de statu dioecesis.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 18 Martii 1938.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. © S.

V. Santoro, *Adsessor.*

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum *

die 26 Febuarii 1988. — Cathedrali Ecclesiae Barrensi de Pirahy praefecit R. D. Iosephum Andream Coimbra, archidioecesis Adamantinae presbyterum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sanavensi R. D. Guilelmum Griffin, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Thomae J. Walsh, Archiepiscopi Novarcensis.

die 7 Martii. — Cathedrali episcopali Ecclesiae Agennensi Exc. P. D. Ioannem Rodié, hactenus Episcopum Adiacensem.

— Cathedrali episcopali Ecclesiae Rupellensi R. D. Aloysium Liagre, dioecesis Insulensis.

die 12 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Alajuelensi R. D. Victorium Sanabria, Vicarium Generalem archidioecesis S. Iosephi in Costarica.

die 18 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Adrasenae Exc. P. D. Melchisedech Del Canto, hactenus Episcopum S. Philippi.

die 19 Martii. — Cathedrali Ecclesiae S. Philippi R. P. Bernardinum Berrios Gainza, O. F. M.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

PROVISIO ECCLESIAE

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XI, decreto Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 15 Ianuarii anno 1938 dato, titulari archiepiscopali Ecclesiae Chalcedonensi Armenorum praefecit Exc. P. D. Sergium Der Abraamian, hactenus Episcopum tit. Cucusenum.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

DIOECESIUM X ...

ELEEMOSYNAE MISSARUM BINATARUM

Die 18 Novembris .1987

SPECIES FACTI. — In nonnullis instantiis reductionis onerum Missarum, quae diebus festis ex pia testator um voluntate applicandae sunt, preces ita concinnatas esse animadversum est ut ex reditibus legatorum aliqua pars, et quandoque maior, cederet ratione incommodi parocho diebus festis in sua ecclesia Missam iteranti, alia vero pars ab ipsomet impenderetur Missis celebrandis in legatorum satisfactionem vel Curiae in hunc finem mitteretur. Itemque praxim alicubi inolitam esse constitit, qua parochi sacerdotesque Missam binatam facultate apostolica applicantes, si iuxta intentionem offerentium vel piae causae applicent, ad Curiam transmitterent favore Seminarii eleemosynam dioecesanam, excessum sibi retinentes.

Hinc duo sunt consideranda : 1) num expediat indultum apostolicum concedere ut parocho in propria ecclesia Missam iteranti emolumentum aliquod tribuatur, idque ex legatorum reditibus; 2) num sustineatur dispositio dioecesana vi cuius sacerdotes Missam binatam applicantes eleemosynam tantummodo dioecesanam Curiae tradere teneantur.

ANIMADVERSIONES. — Quoad primum. Ex perantiqua Ecclesiae praxi vetitum semper fuit ut plures in die Missas celebrantes plura pro iisdem, praeterquam in die Nativitatis Domini, reciperent stipendia. Cfr. Decr, Gratiani, D. I., c. 53, *de cons.* ; Const. Benedicti XIV diei 26 Augusti 1738 *Quod expensis* et diei 30 Maii 1753 *Apostolicum ministerium;* Litt. encycl. Leonis XIII diei 18 Aprilis 1897 *Trans Oceanum,* et Benedicti XV diei 10 Augusti 1915 *Incruentum.* Quod Codex iuris canonici sanxit in canonibus 806 § 1 et 824 § 2.

Quapropter sine peculiari Apostolicae Sedis indulto nefas est parocho Missam iteranti emolumentum aliquod tribuere eo minus ex legatorum reditibus, excipe si ipse legati fundator hanc facultatem fecerit.

Nec convenit indultum apostolicum hunc in finem concedere. Et primum quidem, quia parochus, vi sui muneris, bono fidelium spirituali consulere tenetur, ideoque curare ut fideles diebus festis de praecepto

obligationi Sacrum audiendi satisfaciant. Quodsi unius Missae celebratio huic obligationi ab omnibus implendae satis non sit, alteram celebrare ipse tenetur ad mentem canonis 806 § 2, nullo ad hoc percepto stipendio. Deest enim in casu titulus extrinsecus maioris laboris vel incommodi, vi cuius sacerdotibus binantibus permittitur aliqua retributio ad normam citati canonis 824 § 2 Codicis I. C, cum agatur de parocho Missam iterante in sua paroecia in fidelium sibi commissorum utilitatem, quare iusta causa deest concedendi hunc in finem indultum apostolicum, eo vel magis quia haec retributio in casu ex legatorum reditibus esset sumenda. Iamvero legata in finem proprium constituta sunt, ab ipso fundatore statutum, et diligentissime implenda, sicut omnes fidelium voluntates in pias causas facultates suas donantium vel relinquentium, etiam circa modum administrationis et erogationis bonorum, ad praescriptum canonis 1514.

Nihil tamen vetat quominus, peculiaribus rerum personarumque adiunctis perpensis, his parochis Episcopus retributionem aliquam ex aliis proventibus assignet.

Alterum dubium quod spectat, praescriptio est contra ius commune. Eleemosyna enim Missarum, nisi aliud certo constet, dividi vel separari nequit a celebratione et applicatione Missarum, sed quid unum constituit ad mentem canonis 840 § 1, et distinctio ipsa a mente offerentium est prorsus aliena. Quod si in citato canone res est de Missis manualibus ad alios pro celebratione transmissis, attamen una eademque est regula, eleemosynam Missarum, nisi aliud constet, pro celebratione et pro applicatione *integram* celebranti tradendam esse intuitu oneris quod ei imponitur. Et ita iam pluries declaravit haec S. Congregatio, e. g. in una *Lugdunen.* 31 Ianuarii 1880, in una *Sancti Deodati* 27 Februarii 1905 ad II, et in una *Paderbornen.* 16 Novembris 1917. utique in citatis resolutionibus eadem S. Congregatio clausulam addidit : « nisi morali certitudine constet excessum communis eleemosynae oblatum fuisse intuitu personae vel ob maiorem laborem aut incommodum ». Sed ex hoc ipso arguitur quod Episcopus nequeat generali praescriptione sive synodali sive extrasynodali indiscriminatim praescribere omnibus sacerdotibus binantibus excessum communis eleemosynae vel eleemosynam ab offerentibus oblatam, quaecumque sit, percipere, dummodo Curiae tradatur eleemosyna synodalis.

Nec est omittendum alienum prorsus esse ab ipso indulti apostolici ambitu, vi cuius sacerdos Missam binatam ad mentem offerentis applicat, ut aliqua eleemosynae pars ipse sibi retineat. Aliter tamen res esset, si ageretur de Missis fundatis, quibus cavet Codex ipse in canone 840 § *2,*

RESOLUTIONES. — Propositis itaque in comitiis plenariis diei 13 Novembris 1937 dubiis:

I. *An expediat indultum apostolicum concedere ut parocho, in propria ecclesia Missam iteranti, tribuatur aliquod emolumentum ex rediiibus legatorum;*

II. *An sustineatur dispositio dioecesana vi cuius sacerdotes, Missam Mnatam applicantes, eleemosynam tantummodo dioecesanam Curiae tradere teneantur;*

Emi Patres huius **S.** Congregationis responderunt :

Ad I *Negative,* seu *non expedire;*

Ad II *Negative.*

Has resolutiones Ssmus D. N. Pius Pp. XI in Audientia diei 18 Novembris 1937, referente subscripto Secretario, approbare et confirmare dignatus est.

I. Bruno, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis ut infra datis decretis Sacri Consilii Christiano Nomini Propagando, Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Papa XI dignatus est sequentes providere Ecclesias, nimirum :

Me 7 *Martii 1988.* — Cathedrali Ecclesiae Trichinopolitanae praefecit R. D. Iacobum Mendonça.

die 10 Martii. — Titulari Ecclesiae Latopolitanae R. P. Ioannem Odendahl, C. M., quem constituit Vicarium Apostolicum de Limon.

II

NOMINATIONES

Sacrum Consilium Christiano Nomini propagando datis decretis, ut infra, ad suum beneplacitum renunciavit :

die 10 Februarii 1938. — R. P. Prosperum Durand, O. F, M., *Praefectum Apostolicum de Weihaiwei.*

die 11 Martii. — E. P. Michaelem Augustinum O'Connor, O. P., *Praefectum Apostolicum de Kienow.*

die IS Martii. — E. P. Patricium iosephum Whitney, e Societate Sancti Patricii pro missionibus ad exteros, *Praefectum Apostolicum de Ogoja.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

IANUEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI CAROLI HIACINTHI A S. MARIA, SACERDOTIS PROFESSI EX ORDINE EREMITARUM S. AUGUSTINI EXCALCEATORUM.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus. Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in casu et ad effectum de quo agitur.

Tota christianae perfectionis ratio in eo est, ut homo, Christum imitans, fiat ei conformis per gratiam, ut et dignus evadat qui eius gloriae consortio tandem fruatur, dicente Apostolo : *Quos praescivit et praedestinavit conformes fieri imaginis filii sui... quos autem praedestinavit, hos et vocavit, et quos vocavit hos et iustificavit, quos autem iustificavit illos et glorificava (Rom.,* VIII, 29-30).

Ut autem tantam hanc conformationem assequamur, Deus ipse ineffabili misericordia eificacissimam nobis suppeditavit opem ac tutissimum veluti tramitem in beata Virgine « in [cuius] uno eodemque alvo, ut praeclare Pius Papa X fel. rec. scribit, et carnem Christus sibi assumpsit et *spiritale* simul corpus adiunxit, ex iis nempe coagmentatum, *qui credituri erant in eum...* Unde spiritali quidem ratione ac mystica, et Mariae filii nos dicimur et ipsa nostrum omnium mater est... si igitur Virgo beatissima Dei simul atque hominum parens est, ecquis dubitet eam omni ope adniti ut Christus *caput corporis Ecclesiae (Col.,* I, 18),

in nos, sua membra, quae sunt eius munera infundat, idque cumprimis ut eum noscamus et *ut vimmus per eum! '(l'Io.,* IV, 9) ». (Encycl. *Ad diem,* 2 febr. 1904). Hinc profecto illarum virtutum heroicarum origo, quas hodie in Ven. Servo Dei Carolo Hyacintho a S. Maria recolere iuvat. Qui tantae Matri se totum concredidit Christo conformandum, eo successu, ut vivida eius imago factus fuerit.

Ianuae die 5 septembris a. D. 1658 natus, eodem die baptizatus est Servus Dei, cui nomen Marini fuit impositum. Hieronymus Sanguineti et Angela, tenui quidem censu, sed religione praestantes, eum genuerunt; sub quorum pia disciplina puerulus, qui docilem nactus erat indolem, egregie horum educationi respondit. Beatam Virginem, quam matrem suam dicebat, tenerrima dilectione prosequebatur. Ad eius aram, vix ei datum fuisset, advolabat, ibique longas ducebat orando moras.

Fama refert tres ipsum ab ea implorasse gratias : baptismalem innocentiam servandi, litteras bonaeque artes, quibus in ludo operam navahat, licet duriusculi ingenii, rite apprehendendi, religiosae vitae se mancipandi. Quod autem filioli preces ipsa exaudierit, ex eo coniicere est datum, quod per totam vitam Servus Dei peccatum vel veniale abhorruerit, in studiis praesertim theologicis plurimum miro modo profecerit, uti ab eo conscripta opera testantur, atque magnis impedimentis superatis in religiosa familia se Deo dicare valuerit.

Porro vix quindecim annos natus ut inter Excalceatos Augustinenses exciperetur enixe efflagitavit; qui, non multo ante, sui Ordinis domum Ianuae aperuerant, atque vitae sanctitate enitebant. Voti compos factus, fratris Caroli Hyacinthi a Sancta Maria nomine assumpto, tirocinium inivit, tantumque in hac palaestra profecit, quantum eius deinde sanctimonia ostendit. Die 18 augusti a D. 1675 sollemnia vota ineffabili gaudio nuncupavit. Sex post annos ad sacrum Presbyteratus ordinem promotus, sacerdotalis ministerii munia impigre ad mortem usque obivit. Innumeras animas, qua fervidissimis suis concionibus, qua sacras exomologeses excipiendo, et Deo reconciliavit et ad Christianam perfectionem adduxit. Plures quoque conscripsit libros suavissimam in B. Virginem Mariam religionem spirantes.

Divino instinctu permotus templum in eius honorem a fundamentis erexit, quod, brevi, celebre sanctuarium factum est, « delia Madonnetta » vulgo appellatum, in quo millia atque millia hominum tantae Matris beneficia ad nostra usque tempora sunt experti.

Nonnullas quoque pias mulieres in *Tertium Ordinem A.ugustinensium Excalceatarum* coadunavit ; quod Institutum ab eo conditum adhuc perseverat, lectissimisque floribus Ecclesiam exornavit.

Ob tot tantaque ab eo pro Dei gloria gesta vaferrimi humani generis nostis invidia contra eum exarsit, Deoque permittente, tribulationibus omne genus calumniisque Servus Dei impetitus est. Nec mirum ; scriptum est enim : « Quia acceptus eras Deo necesse fuit ut tentatio probaret te » (Tob., XII, 13). Deus enim pro sua misericordia *faciet etiam cum tentatione proventum* (I *Cor.*, X, 13).

Quam ad rem bene adnotat Augustinus : « Quid non misericorditer praestatur hominibus a Domino Deo, a quo etiam tribulatio beneficium est? » *(Ep. 210,* 1). Et revera Carolus Hyacinthus, Deo beataeque Virgini constantissime fidens, adversa omnia fortiter superavit, eiusque virtutes splendidius emicuerunt.

Nunquam enim a sui Ordinis regulis vel minime defiexit, nunquam ab obedientia recessit, caritate autem ardéntissima flagrabat et erga Deum, et erga proximum, ipsos quoque sua dilectione complexans, qui eum calumniati fuerant. Paenitentiae amantissimus, corpúsculo suo, veluti intensissimo hosti, iuge bellum indixit, ieiuniis, vigiliis, asperrimisque flagris illud domare satagens.

Qua in re et illud mirandum est quod vir Dei per quatuordecim annos dirae plagae atrocissimos cruciatus heroice silentio ad mortem usque sustinuerit, quam in osculo Domini oppetiit die 23 aprilis a. D. 1721. Iusta funebria frequentissimo hominum concursu fuerunt honestata, eiusque corpus apud B. M. V. altare, ante quod diutissime orare solebat, sepultum fuit.

Sanctitatis fama, qua vivens ipse fruebatur, post eius obitum vividior est facta. Sequenti porro anno ordinaria auctoritate lanuae super fama virtutum et miraculorum inquisitio est incepta. **A.** 1723 in Derthonensis Dioecesis duabus paroeciis duo processiculi fuere adornati, additique lanuensi. Benedictus XIV die 27 iulii a. 1757 Introductionis causae Commissionem sua manu obsignavit. Statim Apostolico conficiendo processui manus admotae, qui a. 1782 absolutus fuit. Causa haec temporum iniuria diu siluit. Servato iuris ordine die 29 aprilis a. 1919 Antépraeparatorius coetus super virtutibus coram Revmo Cardinali Ianuario Granito Pignatelli di Belmonte Episcopo Albanen., Causae Ponente seu Relatore, fuit habitus ; Congregatio autem Praeparatoria die 30 iunii a. 1936 coacta fuit, Generalis demum die 23 novembris anni huius coram Ssmo D. N. Pio Papa XI. In qua idem Revmus Cardinalis Relator dubium posuit discutiendum : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.* Revmi Cardinales,

Officiales Praelati atque Consultores suam quisque aperuere sententiam : Beatissimus vero Pater Suam apérire mentem distulit, congregatos interim hortatus ut Secum Deum, luminum Patrem, orarent. Dominicam autem hanc, quartam Sacri Adventus selegit, ut hunc Dei famulam, qui *inter dispensatores mysteriorum Dei -fidelis est inventus* (I *Cor.,* IV, 1, 2) quique natus visus est amori et cultui erga Virginem augendo, nova gloriae corona redimirei. Quapropter Revmos Cardinales Camillum Laurènti S. R. C. Praefectum atque Ianuarium Granito Pignatelli di Belmonte Episcopum Ostien. et Albanen., Causae Relatorem, nec non R. P. Salvatorem Natucci Fidei Promotorem generalem meque infrascriptum Secretarium ad Se accivit, divinissimoque eucharistico Sacrificio pientissime litato, edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Servi Dei Caroli Hyacinthi a S. Maria in gradM heroico in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. R. C. referri mandavit.

Datum Romae, die 19 decembris a. D. 1937.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

ROMANA SEU' LUCANA

CANONIZATIONIS B. IOANNIS LEONARDI CONFESSORIS, FUNDATORIS CONGREGATIONIS CLERICORUM REGULARIUM A MATRE DEI.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Quum sacro Pentecostes die anno 1922 Sanctitas Tua inter Missarum sollemnia in Basilica Vaticana tercentesimum annum ab instituta sacra Congregatione *de Propaganda Fide,* alto fervidoque eloquio commemoravit, Christifidelium animos incitans ad missionalia opera pro viribus adiuvanda, in eorum virorum praeclaro agmine qui praegrande illud opus praepararunt, B. Ioannis Leonardi nomen apostolico Tuo elogio pro merito honestasti. Nunc vero, provido Dei consilio factum est ut Tibi

ipsi, quem. Missionalium operum altorem atque impulsorem magnificum populus christianus demiratur et proclamat, insignem hunc Beatum, novis accedentibus divinis signis, ad supremos altarium honores elevare, strato hodie itinere, datum esse videatur. Insignem diximus Beatum hunc, quia vere *de semine virorum illorum erat per quos,* turbulentissimo eo tempore, quo lutherana et calviniana haereses Christi Ecclesiam acerrime impugnabant, una cum Caietano Thienaeo, Antonio M. Zaccaria, Ignatio de Loyola, Carolo Borromaeo, Roberto Bellarmino, Petro Canisio, Iosepho Calasanctio, Hieronymo Aemiliani, Philippo Nerio aliisque, *salus facta, est in Israel* (1 Mae, 5, 62).

Ioannes Leonardi Lucae in Etruria a. D. 1543 ortus, Sacerdotio initiatus Christianum populum, apostolico ardens zelo, edocere nunquam destitit, eoque fine *Clericorum Regularium a Matre Dei* Congregationem instituit, quae uberrimos in Ecclesia Dei fructus ad haec usque tempora reportât; quo in opere moliendo multa passus est discrimina, multaque luctamina, quae tamen, Deo confisus, Beataeque Virginis patrocinio, fortissime simul et patientissime superavit, ingentes animorum colligens manipulos. Alma in hac Urbe, die 9 Octobris mensis a. D. 1609 sanctissime vita excessit. Pius IX fel. rec. Beatorum fastis die 9 Iulii a. 1861 eum inseruit. Canonizationis causa die *S* Februarii a. D. 1934 fuit resumpta; Remissoriales litterae ad Neapolitanam et ad Nolanam Curias fuerunt directae, ut Apostolica auctoritate super duabus miris sanationibus processus adornarentur. Duo ulteriores processiculi additionales Nolae et Romae fuerunt constructi : de quorum omnium processuum iuridica vi, die 31 Iulii a. 1935, prodiit decretum.

Sanatio priori loco discussa, quae mense Septembri a. 1931 evenit, sacerdotem Ianuarium Nappi respicit, parochum S. Tryphonis in oppido Marzano Dioecesis Nolanae. Is pluribus ab annis varicoso ulcere in sinistro crure molestissime vexabatur, quod nulla medicorum arte delini» tum, insanabile reddebat, praeter cetera adiuncta, ipse infirmi sacerdotis corporis habitus, varicibus atque oedemate, fatigato corde, turgens. Verum quod adhibita tot annis, humana remedia nequivere, illud extemplo depulit implorata Beati Ioannis apud Deum intercessio.

Sane, invocato B. Ioanne Leonardi, appositaque sub vespere super laevum crus ulcere affectum eius imagine, sequenti mane ulcus non amplius vigebat, novaque pellis eius loco inducta. Supra naturae vires hoc evenisse unanimiter fatentur et curantes medici et tres Periti ab hac Sacra Congregatione adlecti.

Sanatio altera evenit in puero Victorio Lamberti, Neapoli a. 1926. Hic puer, Februario mense ineunte, a gravissima ostéomyélite phlegmo-

nosa séptica fuit attactus. Chirurgica sectio nil profuit. Morbo in peius rúente, parentes propinquique B. Ioannis Leonardi interventionem enixis precibus implorarunt, neque incassum, felicique sane exitu. Dum enim die 9 Februarii, medici, qui in consilium convenerant, nullam superesse sanationis spem edixerunt, puerulusque fere in eo erat ut animam exhalaret, sequenti mane sanatus a medicis inventus est.

Miraculum medentes et tres periti ex officio conclamant.

De ambabus his sanationibus primo in Antepraeparatoria Congregatione coram Revmo Cardinali Raphaele Carolo Rossi die 19 Maii a. 1936 disceptatum est; postea in Praeparatoria coram Patribus Cardinalibus die 25 Maii a. 1937. Demum die 8 mensis huius sacer hic coetus coram Ssmo D. N. Pio Papa XI coactus est, in quo idem Cardinalis Ponens seu Relator dubium posuit discutiendum : *An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.* Revmi Cardinales, Officiales Praelati, Patresque Consultores singillatim suffragia tulerunt, quae Beatissimus Pater benigne, ut assolet, excepit; suam tamen proferre sententiam ad hanc diem distulit vicesimam Februarii, Dominicam in Sexagesima.

Quare ad Se accitis Revmis Cardinalibus Camillo Laurenti, S. R. C. Praefecto, atque Raphaele Carolo Rossi, Causae Ponente seu Relatore, nec non R. P. Salvatore Natucci Fidei Generali Promotore meque infrascripto Secretario, sacraque Hostia pientissime litata, edixit : *Constare de duobus miraculis a Deo per Beati Ioannis Leonardi intercessionem patratis,* nempe *de instantánea perfectaque sanatione tum Sacerdotis Ianuarii Nappi ab ulcere varicoso cruris sinistri, cum pueri Victorii Lambertii ab ostéomyélite phlegmonosa séptica femoris sinistri.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta S. R. C. referri mandavit.

Datum Romae, die 20 Februarii a. D. 1938.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

I

DECRETUM

DE PRECIBUS ET PIIS OPERIBUS INDULGENTIIS DITATIS, NOVA COLLECTIONE EDITIS.

Quandoquidem ex una parte opus, a Sacra Congregatione Indulgentiarum Sacrarumque Reliquiarum anno MDCCCLXXXXVHI editum, multis iam annis non amplius venale prostat; ex altera vero eiusdem generis Collectioni, quae anno MDCCCCXXIX in lucem prodiit, generales indulgentiarum concessiones postremis hisce temporibus, ac praesertim iubilari Redemptionis anno, aliae ex aliis accessere, christifideles non pauci ac vel sacerdotes et Episcopi ab Apostolica Sede petierunt, ut novum, idemque authenticum, prelo excuderetur opus, quod pontificias hac in re largitiones ita in unum colligeret, ut tuta communi pietati norma esset.

Cum vero Augustus Pontifex hac de causa certior factus esset, infra scripto Cardinali Paenitentiario Maiori mandavit, ut huic operi admoventur manus, cui etiam Ipsemet perficiendo generales normas rationesque indicavit. Eo videlicet spectabat Beatissimi Patris consilium, ut non modo preces et pia opera indulgentiis ditata in unum redigerentur, sed ut potius aptiore indutus forma elenchus vulgaretur, qui et recentiores omnes Summorum Pontificum id genus largitiones complecteretur, et novo usui novisque huius Officii praescriptis ordinate responderet, quae idcirco Suprema Auctoritate duce invecta sunt, ut indulgentiarum doctrinam atque incrementa nostra hac aetate moderarentur.

Quapropter Sacra Paenitentiaria Apostolica, ut Beatissimi Patris mandata faceret, post diuturnum studium diligentemque laborem, preces et pia opera, ad praesentem hanc diem a Summis Pontificibus indulgentiis ditata, in unum collegit et in vulgus edidit ¿ tum ea videlicet, quae

in favorem omnium christifidelium, cum ea etiam quae in favorem quorumdam coetuum spiritualibus hisce muneribus insignita fuerunt : idque ad normam perficiendum curavit earum immutationum atque rationum, quas Suprema ipsa Auctoritas proposuerat.

In Audientia vero infra scripto Cardinali Paenitentiario Maiori die 11 mensis Decembris vertentis anni concessa, Ssmus D. N. Pius divina Providentia Pp. XI Collectionem hanc, typis vaticanis impressam, approbavit et confirmavit et, abrogatis generalibus indulgentiarum concessionibus in eadem Collectione non relatis, ipsam tantum uti authenticam haberi mandavit.

Contrariis quibuslibet etiam speciali mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae, ex S. Paenitentiaria Apostolica, die 31 Decembris 1937.

L. Card. LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

L. © S.

S. Luzio, *Regens.*

II

DECRETUM

CONDITIONES AD VALIDAM SACRARUM « VIAE CRUCIS » STATIONUM ERECTIONEM EX NOVO STATUUNTUR.

Iamdiu ac saepe huic S. Tribunali significatum fuit, multiplicitatem conditionum ad validitatem erectionis stationum « Yiae Crucis » hucusque requisitarum haud raro occasionem dedisse omissioni, ut plurimum involuntariae, unius vel alterius ex iis, et consequenti exinde invaliditati erectionis eiusdem. Huic lamentabili defectui infra scriptus Cardinalis Maior Paenitentiarius occurrere efiicaci remedio cupiens, totam rem deferendam esse Summo Pontifici censuit. Itaque Sanctitas Sua, in audientia eidem benigne concessa die 31 mensis Ianuarii vertentis anni, spirituali animarum piarum bono semper prospiciens, ac summopere exoptans ne christifideles priventur sacris indulgentiis, huic salutari exercitio adnexis, — quas Ipsemet ex novo statuerat per Decretum « Pium Viae Crucis exercitium » sub die 20 Octobris 1931[1] — abrogatis singulis conditionibus hactenus vigentibus, benigne decernere dignatus est ad validam stationum « Viae Crucis » erectionem sufficere ut sacerdos, id-

[1] ***Acta Apost, Sedis,*** VOL.. XXIII, PAG. 522

circo rogatus, debita f acuítate sit praeditus, iuxta Decretum «Consilium suum persequens» datum die 12 Martii 1933;[2] prorsus tamen decere, ratione praesertim ecclesiasticae disciplinae, ut singulis vicibus, nisi agatur de locis exemptis, accedat venia Ordinarii loci, ubi facultas exercetur, saltem rationabiliter praesumpta, quando Ordinarius facile adiri nequeat. Praeterea eadem Sanctitas Sua statuit ut omnes « Viae Crucis » erectiones, quacumque ex causa hucusque invalide peractae, huius Decreti vigore sanatae maneant.

Contrariis quibuslibet etiam mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Paenitentiariae, die 12 Martii 1938.

L. Card. LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

L. © S.

s. Luzio, *Regens.*

[2] *Acta Apost. Sedis,* vol. XXV. pag. 170.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì, 10 marzo 1938, il Santo Padre lia ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Signor Dottor **CARLOS ALDTJNATE,** Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Cile, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Martedì, 15 marzo 1938, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Signor Dottor **BERNARD DE L'ESCAILLE,** Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Belgio, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Venerdì, 18 marzo 1938, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Signor Dottor **JUAN MODESTO LARREA JUÓN**, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Repubblica dell'Equatore, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Giovedì, 24 marzo 1938, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Signor Dottor Luis **DOBLES SEGREGA,** Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Repubblica di Costarica, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE « DE PROPAGANDA FIDE »

NOMINE

La Sacra Congregazione « de Propaganda Fide » con successivi Decreti ha nominato Presidenti dei Consigli nazionali della Pontificia Opera della Propagazione della Fede :

27 gennaio 1938. Il Rev. Sac. Alessandro Novistis, per la Lettonia.
3 febbraio » Il Rev. Sac. Vittore Arrieta, per Costarica.
16 » » Il Rev. Sac. Alessandro Galfy, per i cattolici di rito latino nella Romania.
21 » » Il Rev. Sac. Giacomo M. üskher, per F Argentina.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 8 marzo 1938, nel Palazzo Apostolico Vaticano, all'augusta presenza del Santo Padre, si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *generale,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno dato il loro voto sul TUTO per la canonizzazione del Beato Giovanni Leonardi, fondatore della Congregazione dei Chierici Regolari della Madre di Dio.

Martedì, 15 marzo 1938, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Alessandro Verde, Ponente o Relatore della causa di beatificazione e canonizzazione della Venerabile Serva di Dio Francesca Saveria Cabrini, fondatrice dell'Istituto delle Missionarie del Sacro Cuore di Gesù, si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *antepreparatoria,* nella quale i Revmi Prelati Officiali ed i Consultori teologi hanno discusso sopra due miracoli, che si asseriscono operati da Dio ad intercessione della suddetta Venerabile Serva di Dio.

Martedì, 22 marzo 1938, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *ordinaria particolare^* nella quale è stato discusso sulla validità dei processi dei seguenti Servi di Dio:

1) Beata Maria da S. Eufrasia Pelletier, fondatrice delle Suore del Buon Pastore.

2) Ven. Serva di Dio Maria Crocifissa di Rosa, fondatrice della Congregazione delle Serve della Carità.

3) Ven. Serva di Dio Anna Maria Javouhey, fondatrice delle Suore di S. Giuseppe di Cluny.

4) Servo di Dio Carlo Giuseppe Eugenio de Mazenod, Vescovo di Marsiglia, fondatore della Congregazione degli Oblati di Maria Immacolata.

5) Servo di Dio Ezechiele Moreno Diaz, Vescovo di Pasto, dell'Ordine degli Eremitani Recolletti di S. Agostino.

6) Serva di Dio Maria Teresa Dubouché, fondatrice della Congregazione delle Suore dell'Adorazione Riparatrice.

7) Serva di Dio Maria Teresa di Soubiran, fondatrice della Società di Maria Ausiliatrice.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

1 marzo 1938. L'Illmo e Revmo Monsig. Vigilio Daipiaz, *Promotore di Giustizia presso la Suprema Sacra Congregazione del S. Offizio.*

8 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Federico Tedescumi, *Membro della Sacra Congregazione della Disciplina dei Sacramenti,*

22 » » L'Illmo e Revmo Monsig. Vigilio Daipiaz, *Consultore della Suprema Sacra Congregazione del S. Offizio.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

16 febbraio 1938. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Giuseppe Pizzardo, *Pro tettore dell'Istituto delle Suore Guarda-malati di Nostra Signora Ausiliatrice di Montpellier.*

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Pro• tettore delle Stiore Serve di Maria Riparatrice* (Adria).

20 » » S. E. Revnia Monsig. Efrem Forni, Arcivescovo tit. di Darai, *Nunzio Apostolico nella Repubblica dell'Equatore.*

25 » » L'Emo e Revmo ..Signor Cardinale Federico Tedeschini, *Datario di Sua Santità.*

» » » S. E. Revnia Mons. Francesco Beretti, Vescovo tit. di Cesarea di Filippo, *Commendatore di Santo Spirito.*

I marzo » L'Eñio e Revmo Signor Cardinale Francesco Marmaggi, *Protettore della Congregazione dei Fratelli Ospitalieri Figli dell'Immacolata Concezione.*

3 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Giuseppe Pizzardo, *Protettoia dell'Unione S. Caterina delle Missiona rie della Scuola* (Gubbio).

II » » L'Emo e Revino Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore dell'Istituto delle Figlie della Misericordia e della Croce* (Palermo).

Assistenti al Soglio Pontificio:

2 **febbraio** 1938. **S. E. Revma Monsig. Beniamino Roland-Gosselin, Vescovo di Versailles.**

14 » » S. E. Revma Monsig. Amedeo Casabona, Vescovo di Chiavari.

NECROLOGIO

22 **febbraio** 1938. **Monsig. Fortunato de Santa, Vescovo di Sessa Aurimca.**

4 marzo » Monsig. Alfredo Flocard, Vescovo di Limoges.

5 **». » Monsig. Enrico** O'**Leary, Arcivescovo di Edmonton.**

12 **» » Monsig. Guglielmo Codd, Vescovo di Ferns.**

13 **» » Emo Signor Card.** CAKLO DALMAZIO MINORETTI, **del Titolo di S. Eusebio, Arcivescovo di Genova.**

22 » **» Monsig. Giovanni Barry, Vescovo di Goulburn.**

24 **» ')) Monsig. Gilberto Fuenzalida Guzman, Vescovo di Santissima Concezione.**

25 **» » Monsig. Tommaso** O'**Reilly, Vescovo di Scranton.**

An.,et vol. XXX 10 Aprilis 1938 (Ser. II, v. V) - Num. 5

ACTA AI'liSTlIlJi'.AK SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA pn PP. n

SACRUM CONSISTORIUM

CONSISTORIUM SEMIPUBLICUM DE CANONIZATIONE BEATI ANDREAE BOBOLA, MARTYRIS ET BEATORUM IOANNIS LEONARDI ET SALVATORIS AB HORTA, CONFESSORUM.

Feria V, die 31 Martii anno MCMXXXVHI, in consueta aula Palatii Apostolici Vaticani, *Consistorium semipublicum* habitum est, in quo Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI tam Reverendissimorum Patrum Cardinalium, quam Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum, itemque Praelatorum seu Abbatum *nullius*, quibus ius est, suffragia excepit pro futura canonizatione Beati Andreae Bobola, martyris, sacerdotis professi Societatis Iesu, Beati Ioannis Leonardi, confessoris sacerdotis, fundatoris Congregationis Clericorum regularium a Matre Dei et Beati Salvatoris ab Horta, confessoris, laici professi Ordinis Fratrum Minorum.

Suffragia excepturus Beatissimus Pater haec praefatus est :

VENERABILES • FRATRES

Causam, de qua hodierno die hac in aulae maiestati vobiscum eonsultandum est, putamus vobis esse omnino perspectam. Postquam enim res tota a Supremo Consilio sacris ritibus tuendis iusta trutina, ut assolet, examinata ac probata fuit, recens Consistoria duo, alterum secretum, publicum alteram, hac super ea-

dem re habita sunt. Vobis praeterea reddendos iussimus legitimos commentarios, in quibus horum Beatorum Caelitum Andreae Bobolae, sacerdotis Soc. Iesu, Ioannis Leonardi, Congregationis Clericorum Regularium a Matre Dei conditoris et Salvatoris ab Horta, laici professi Ordinis Fratrum Minorum curriculum vitae egregie gesta ac patrata a Deo eorum deprecatione miracula, etsi presse, diligenter tamen describuntur.

Nunc agitur, ut nostis, de pronuntianda consecrandaque sollemni Apostolicae Sedis ritu eorum sanctitate, ita ut christiani omnes eos venerari teneantur utpote consummatae virtutis exempla, sibi ad imitandum proposita. Iamvero, quamquam, ut pro certo habemus, hoc in iudicio ferendo, quod cum inerranti Summi Pontificis magisterio tam arcte coniungitur, defutura Nobis non est divinae opis promissio, cupimus tamen vestram quoque Nobis suffragari prudentiam : faveatis igitur quid singuli sentiatis, alius ex alio, consultissime Nobis aperire.

Exceptis praesentium suffragiis, Sanctissimus Dominus Noster haec addidit verba :

"Vestram cum Nostra convenire sententiam grato animo cernimus. Deliberatum igitur Nobis est proxime, die scilicet sollemni Paschatis, in Petriana Basilica triplicem una simul consecrationem rite peragere. Interea vero Deum Nobiscum rogare ne cessetis, ut id la borami Ecclesiae, iis potissimum populis, qui novo affilientur decore, faustum, felix fortunatumque sit.

Tum, obtenta venia Summi Pontificis, Praefectus Caeremoniarum Apostolicarum Protonotarios Apostolicos adstantes consueta forma rogavit, ut publicum actorum instrumentum conficerent. Cui Illmus et Revmus D. Alfridus Vitali, ex adstantibus senior, nomine ceterorum respondit : « Conficiendus » et conversus ad Cubicularios de numero qui stabant circa Solium, eosdem in testes appellans, addidit : « Vobis testibus ».

EPISTULA

AD EMUM P. D. PETRUM, DIACONUM SANCTI ANGELI IN FORO PISCARIO, S. R. E. CARDINALEM BOETTO, ANNUM AB EMISSA IN SOCIETATE IESU "RELIGIOSA PROFESSIONE QUINQUAGESIMUM EXPLETURUM.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Paterna quidem animi iucunditate nuper accepimus, te, proximo ineunte mense, quinquagesimum annum fauste expleturum, ex quo religiosa vota, optimo sane auspicio, es Olareae, in oppido Pedemontano, professus. Pridie enim ipsius professionis sacrae diei, Augusta Taurinorum civitas, sanctissimo Ioannis Bosco obitu penitus commota, publicas concordesque obsequii devotionisque significationes insigni illi viro vita defuncto ante oculos tuos proferebat. Quanta autem animi suavitate nunc quinquagenaria sacri eventus commemoratio te tuosque sodales et amicos perfundere debet! Hoc profecto diuturno aevo in pientissima Domini militia transacto, tum adulescentium animos docendo regendove, tum graviora munera, sive a Societatis istius moderatoribus sive ab Apostolica hac Sede tibi commissa, naviter diligenterque obeundo, egregia erga Ecclesiam promerita tibi comparasti. Quare Nos in primis tot susceptos labores laudesque partas permagni facientes, libentissime te ad supremum Ecclesiae Senatum cooptavimus, ac Romanae purpurae splendore condecora vim us. Nunc vero, proximam faustitatis tuae nacti opportunitatem, paternam erga te Nostram existimationem ac benevolentiam plane confirmamus, tibique de actuosis annis religioso officio assidue dicatis vehementer gratulamur, felicissima quaeque ac saluberrima a Deo in posterum ominantes. Quo autem sollemnis istius eventus celebratio maiores salutis fructus afferat, tibi, Dilecte Fili Noster, ultro facultatem tribuimus, ut, statuta die, post Sacrum peractum adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenam commissorum veniam iisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Horum interea caelestium donorum in auspicium, inque praecipuae Nostrae dilectionis signum, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, itemque tuis propinquis, sodalibus et amicis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xvin mensis Ianuarii, in Cathedra Sancti Petri Apostoli Romae, anno MDCCCCXXXVIII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

TRIDENTINAE

DECRETUM

DE FINIUM ARCHIDIOECESIS MUTATIONE

Quum supplices preces Apostolicae Sedi oblatae fuerint ut pro bono animarum Vicaria *Vent,* quae exstat in territorio Reipublicae Austriacae, ab Archidioecesi Tridentina separaretur atque Administrationi Apostolicae Oenipontanae adiungeretur, Ssmus D. N. Pius Div. Prov. Pp. XI, habito voto Ordinariorum Tridentini et Oenipontani, re mature perpensa, praesenti Consistoriali Decreto statuit ut Vicaria *Vent* ab Archidioecesi Tridentina seiungatur, iuxta praesentes fines civiles inter Regnum Italicum et Rempublicam Austriacam, atque Administrationi Apostolicae Oenipontanae perpetuo attribuatur.

Ad haec autem exsecutioni mandanda eadem Sanctitas Sua deputare dignata est Exc. P. D. Caelestinum Endrici, Archiepiscopum Tridentinum, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere quam primum remittendi ad hanc S. C. Consistorialem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 29 Ianuarii 1938.

Fr. C. R. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. © S.

V. Santoro, *Adsessor.*

SACRA CONGREGATIO RITIÏÏJ1

ROMANA SEU LUCANA

CANONIZATIONIS B. IOANNIS LEONARDI CONFESSORIS, FUNDATORIS CONGREGATIONIS CLERICORUM REGULARIUM A MATRE DEI.

SUPER DUBIO

An stante approbatione duorum miraculorum post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem « Tuto » procedi possit ad sollemnem ipsius Canonizationem.

In oppido « Diecimo », non longe ab urbe Luca, a. D., ut fertur, 1543 B. Ioannes Leonardi ortus est. Parentes ipse sortitus est Iacobum et Ioannam Lippi vitae honestate et religione conspicuos, qui hunc, postremum ex septem filiis florem, summa educaverunt cura; ipse vero, egregia indole praeditus et ad pietatem proclivis, excel]enter educationi respondit.

Liberalibus artibus aliquantulum eruditus, Lucam a patre missus quidem fuit, ut apothecariam artem addisceret, sed divinae providentiae consilio id factum est, ut pio adolescenti amplior pateret iis perficiendis operibus campus, ad quae caelitus destinabatur.

Luca enim, nobilissima Etruriae urbs, quae Episcopum Anselmum se gloriatur habuisse, qui sub Alexandri II nomine, retenta Lucana, universalem rexit Ecclesiam, quaeque alteri Romano Pontifici, Lucio III, natale dedit, non solum insignium virorum, qui patriam suam litterarum, scientiarum, operumque seu pacis seu belli magnitudine honestarunt, sed plurium etiam fuit altrix, qui vitae sanctitate Ecclesiam Dei magnifice ad nostra usque tempora illustravere. Sancti enim Episcopi Prigdianus et alter Anselmus, Alexandri II nepos, qui, et huius Pontificis et S. Gregorii VII opera, magnae Comitissae Mathildae consiliarius fuit, lectissimusque virgineus ños Zita aliique; et post B. Ioannem, de eius quoque religiosa familia, nonnulli scientia et vitae sanctitate nituerunt, ut Venerabiles Ioannes Baptista Oioni et Caesar Franciotti, nostris autem diebus candidissimum lilium suavem spirans odorem, B. Gemma Galgani, demum Serva Dei Helena Guerra, Lucae floruerunt. Hac in urbe, quae a pristino seu religionis seu christianorum morum

splendore deciderai, is octo per annos, quam memoravimus artem exercuit quidem, sed insimul tum miras in perfectionis semita progressiones fecit, piorum iuvenum conventus quoque celebrans, cum in proximorum salutem sese impendens, uberes animarum collegit manipulos, ad maiores labores, divino instinctu, se comparans. Ad sacerdotium a Deo vocatus, conscientiae suae moderatoris hortatu ad latinae grammaticae studium, pueris sociatus, rediit.

Divina autem auxiliante gratia, philosophiae ac theologiae studiis adeo feliciter incubuit, ut brevi ad sacros ordines et ad Presbyteratum ex obedientia a. 1572 fuerit promotus.

Sacerdos factus, ad omnia tanti officii implenda munia impigre se dedidit, innumeram, praesertim puerorum, multitudinem ad sacram catechesim addiscendam summa industria advocans, ut eorum teneris animis fidei ac pietatis germina inserere!.

Eius admiranda virtutum omnium exempla nonnullorum iuvenum animum in eius admirationem rapuerunt, qui ei socios in apostolico opere sese adiunxerunt. Exinde factum est ut die prima Septembris a. D. 1574 initium sumeret *Congregatio Clericorum saecularium a Beata Virgine,* qui titulus post B. Ioannis mortem a Paulo V fel. rec. in alium : *Congregatio Clericorum Regularium a Matre pei* mutatus est.

Insectationes, iniurias, calumnias omne genus, invicte is pertulit, a quibus praesens iugiter Dei auxilium eum liberavit. Romam pluries accitus, gravissima munia adimplevit seu in Urbe seu extra, ubique insignia relinquens prudentiae ac consummatae sanctitatis exempla. Stabilem hic moram figens, sanctorum virorum, qui tunc Romae Ecclesiae reformationi attendebant, consuetudinem habuit, praesertim S. Philippi Nerii, cuius spirituali directioni se commisit. S. Iosepho Calasanetio in relevanda eius Congregatione praesto fuit. Una cum Praelato Ludovico Vives Congregationis Presbyterorum, qui Fidei inter infideles propagandae unice attenderent, fuit fautor, Collegii Urbani de Propaganda Fide nobile rudimentum.

Tot laboribus fractus, poenitentialibus cruciatibus confectus, in morbum incidit, sanctamque mortem alma in hac Urbe die 9 Octobris a. D. 1609 obivit.

Magnifica de eius virtutibus sive dum adhuc vivebat, sive post mortem S. Philippus Nerius, S. Iosephus Calasanctium, Cardinalis Baronius, qui asserere non dubitavit eum sanctitate Philippum Serium aequasse, aliique quamplures elogia texuerunt.

Quapropter auctoritate ordinaria et dein apostolica processus confecti sunt, atque de heroicis virtutibus decretum ab ipso Summo Ponti-

fice Benedicto XIV fel. rec. raro exemplo sua manu obsignatum, die 27 Decembris a. 1757 fuit editum. Miraculis approbatis, die 9 Iulii a. 1861 Pius IX sa. me. Beatorum caelitum honores per Apostolicas litteras decrevit; sollemnia vero Beatificationis die 10 Novembris anni eiusdem celebrata fuere. Novis accedentibus signis, die 3 Februarii a. 1934 causa canonizationis fuit resumpta. Pro miraculis a Deo, eius intenventione patratis, die 20 elapsi nuper mensis editum est decretum.

Ut autem munus Sacrae huic Congregationi a iure commissum consideretur, nil restabat, nisi ut dubium de TTTTO, quod vocant, disceptaretur. Quod die 8 mensis huius factum est in Generali Coetu, coram Ssmo D. N. Pio Papa XI habito: in quo Rmus Cardinalis Raphaël Carolus Rossi, Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit discutiendum : *An, stante approbatione duorum miraculorum, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem,* TUTO *procedi possit ad sollemnem ipsius Canonizationem,* unanimi tum PP. Cardinalium, cum Praelatorum et Consultorum suffragio excepto, Beatissimus Pater, maius lumen a Deo impetraturus, sententiam suam in hanc diem 13 Martii, Dominicam secundam Quadragesimae, edere distulit. Quocirca, accitis ad Se Rmis Cardinalibus Camillo Laurenti, S. R. C. Praefecto, ac Ra phaële Carolo Rossi, Causae Ponente, nec non R. P. Salvatore Natucci Fidei Promotore generali meque infrascripto Secretario, divinoque sacrificio sancte litato edixit : TUTO *procedi posse ad B. Ioannis Leonardi Canonizationem.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. R. C. referri mandavit.

Datum Romae, die 13 Martii a. D. 1938.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

i

Causae quae in Tribunali Sacrae Romanae Rotae actae sunt anno 1937, quarum definitiva sententia editur tantum in parte dispositiva.

I. ZAGRABIEN. - SEPARATIONIS.

Turnus Rotalis: I. Teodori, *Ponens,* C. Pecorari, H. Caiazzo.

Promotor Iustitiae: V. Bartoecetti.

Advocati ex mandato gratuiti patrocinii: S. Rzewnicki, *pro actore;* I. Benedetti, *pro convento.*

Dubiam: « An locus sit separationi coniugum a toro, mensa et cohabitatione, in casu ».

Sententia diei 8 Ianuarii : « Negative ».

II. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus et ob exclusam unitatem atque indissolubilitatem.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* S. Janasik, A. Canestri.

Vinculi Defensor deputatus: I. Kauer.

Advocatus: F. Fournier.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu».

Sententia diei 9 Ianuarii: «Negative».

III. LAURETANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubium: « An. constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 16 Ianuarii : « Negative ».

IV. ^VESTMONASTERIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* H. Quattrocolo, I. Teodori.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Fournier.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 23 Martii 1932 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 16 Ianuarii : « Sententiam appellatam esse confirmandam, seu non constare de nullitate matrimonii, in casu ».

V. N. N. - NULLITATIS MARTRIMONII *ex capite impotentiae viri et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: R. Bidagor.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii : D. Lazzarato.

Dubia: I. « An constet de matrimonii nullitate, in casu ». II. « An consulendum sit Ssmo pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 20 Ianuarii : Ad I. « Negative ». Ad II. « Affirmative, seu consulendum esse Ssmo pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato, in casu ».

VI. KIELCEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* A. Canestri, F. Roberti.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Seoitentia diei 21 Ianuarii : « Affirmative ».

VII. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ob vim et metum.*

Turnus Rotalis: I. Teodori, *Ponens,* C. Pecorari, H. Caiazzo.

Vinculi Defensor deputatus: A. Coussa.

Advocatus: R. Fiamingo.

Dubium: «An constet de nullitate matrimonii, in casu».

Sententia diei 29 Ianuarii : « Negative ».

VIII. C ARTI-I AGINEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capitibus defectus consensus et clandestinitatis.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasjk.

Vinculi Defensor deputatus: R. Bidagor.

Advocatus: F. Bersani.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 1 Februarii: ((Affirmative».

IX. IANUEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus, atque simulationis.*

Turnus Rotalis: I. Teodori, *Ponens,* C. Pecorari, H. Caiazzo.

Promotor Iustitiae: V. Bartoecetti.

Vinculi Defensor deputatus: I. Pendola.

Advocatus: F. Bersani.

Dubium: «An constet de nullitate matrimonii, in casu».

Sententia diei 9 Februarii: ((Negative».

X. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae mulieris.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculis Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 9 Februarii : « Affirmative ».

XI. VERSALIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ea? capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* H. Quattrocolo, F. Roberti.

Vinculi Defensoris Substitutus : I. Stella.

Advocatus: H. Ben vignati.

Dubium,: « An sententia Rotalis diei 7 Iunii 1934 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu».

Sententia diei 13 Februarii': « Confirmandam esse, seu non constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XII. VILNEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus : E. Suárez.

Advocatus: S. Rzewnicki.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 18 Februarii : « Affirmative »..

XIII. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: I. Teodori, *Ponens,* C. Pecorari, H. Caiazzo.

Vinculi Defensor deputatus: F. Fournier.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: T. Ragusa.

Dubium: «An constet de nullitate matrimonii, in casu».

Sententia diei 23 Februarii : « Negative ».

XIV. ANCONITANA. - CREDITI ET DAMNORUM.

Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* A. Jullien, H. Caiazzo.

Advocati: F. et O. Pacelli, P. Gnidi, *pro actore;* A. D'Alessandri, *pro parte conventa.*

Dubia : I. « An et qua mensura Ordo Servorum Mariae debitor sit Societatis vulgo "Ditta Guidi", in casu». II. «An et qua mensura idem Ordo, post summas iam solutas, debitor adhuc sit Societatis vulgo " Ditta Guidi in casu ». III. « An super pecuniae summa, quae ab Ordine Servorum Societati actrici adhuc debetur, usurae quoque et cuius naturae debeantur; qua mensura et a quo tempore computandae,in casu». IV. « An et qua mensura utraque pars in causa ius habeat ad damnorum refectionem vel ob non servatas contractus conditiones, vel ob male expletam operum constructionem ».

Sententia diei 24 Februarii : Ad I et II. « Affirmative, seu Ordo Servorum Mariae pro ecclesiae fabrica debitor est Societatis actricis pecuniae summae a perito ex officio statutae : ideoque eidem Societati, praeter alias summas damnorum vel usurarum causa, id debet, quod detractis summis pro eadem fabrica iam solutis, solvendum adhuc superest ». Ad III et IV. « Affirmative, intra limites prouti in sententia statuitur ».

XV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus, et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, S. Janasik.

Vinculi Defensoris Substitutus : I. Stella.

Advocati: D. Lazzarato, H. Ben vignati.

Dubia: I. «An constet de matrimonii nullitate, in casu»; et quatenus negative : II. « An consulendum sit Ssmo pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 25 Februarii: Ad I et II. «Negative».

XVI. HELIOPOLITANA MARONITARUM. - NULLITATIS MATRIMONII *ob impedimentum con sanguinitatis.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* H. Quattrocolo, F. Roberti.

Vinculi Defensor deputatus: A. Ooussa.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: C. Bernardini,

Dubium: « An sententia Rotalis diei 14 Iulii 1934 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 26 Februarii : « Sententiam Rotalem esse infirmandam, seu non constare de matrimonii nullitate.

XVII. MATRITEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus: O. Astorri.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

8 en t en tia diei 27 Februarii : «Negative».

XVIII. PRATEN. - NULLITATIS MATRIMONII *eæ capite defectus consensus ob amentiam viri.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* H. Quattrocolo, A. Wynen.

Vinculi Defensores deputati: F. Lucidi et I. Kauer.

Advocati: F. Bersani, *pro actore;* C. A. Iemolo et A. Capalti, *pro convento.*

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 13 Martii : « Affirmative ».

XIX. MESSANEN. - NULLITATIS MATRIMONII *eæ capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: I. Pendola.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. Messina.

Dubium: «An constet de*nullitate matrimonii, in casu».

Sententia diei 16 Martii : « Negative ».

XX. PISCIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Fournier.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 20 Martii : « Negative ».

XXI. MEDIOLANEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* H. Quattrocolo, A. Wynen.

Vinculi Defensoris Substitutus : I. Stella.

Advocatus: I. B. Ferrata.

Dubium: «An constet de nullitate matrimonii, in casu».

Sententia diei 21- Martii : « Negative ».

XXII. STRIGONIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusam indissolubilitatem.*

Turnus Rotalis: S. Janasik, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensoris Substitutus : I, Stella.

Advocatus: D. Lazzarato.

Dubium: «An constet de nullitate matrimonii, in casu».

Sententia diei 24 Martii : « Negative ».

XXIII. N. JS^{T}. - NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam viri.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* C. Pecorari, H. Caiazzo.

V incidi Defensor deputatus: V. Bartoecetti.

Advocati: A. Carabini, I. B.. Ferrata.

Dubia: I. « An sententia Botalis diei 16 Novembris 1935 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ». II. « Et quatenus affirmative ad primam partem negative ad alteram, seu de matrimonii nullitate non constet, an consilium praestandum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 5 Aprilis : ad I. « Negative ad primam partem, affirmative ad alteram, seu sententiam Rotalem esse infirmandam, ideoque constare de matrimonii nullitate, in casu ». Ad II. « Provisum in primo ».

XXIV. RAVENNATEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: H. Caiazzo, *Ponens,* F. Roberti, A. Fidecicchi.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: S. Rzewnicki.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 28 Aprilis 1934 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 7 Aprilis : « Sententiam Rotalem esse confirmandam, seu non constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XXV. ALBINGANEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: I. Pendola.

Advocatus: S. Rzewnicki.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 7 Aprilis : « Negative ».

XXVI. TAURINEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob intentionem contra bonum prolis.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* S. .Janasik, A. Canestri.

Vinculi Defensor deputatus: I. Pendola.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Fournier.

Dubium: «An constet de nullitate matrimonii, in casu».

Sententia diei 10 Aprilis : « Affirmative ».

XXVII. ANTIOCHEN. MARONITARUM. - IURIS PATRONATUS.

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* H. Quattrocolo, F. Roberti.

Promotor Iustitiae: V. Bartoccetti.

Advocati: C. Bernardini, P. A. D'Avack, *pro actoribus et sociis ex mandato gratuiti patrocinii;* H. Benedetti, *pro conventis et sociis.*

Dubia. I. « An iuspatronatus in legatum pium in Ecclesia Sancti Ioannis Maroun in Sarba competat exclusive parti appellanti, in casu ». II. « Utrum idem iuspatronatus competat in casu iis omnibus qui cognomine El-Adm vocantur, an iis dumtaxat qui probare possint consanguinitatem cum R. P. D. Archiepiscopo fundatore ». III. « Utrum iurisdictio in legatum pium de quo agitur competat Brno Patriarchae, an Excmo Ordinario loci, in casu ».

Sententia diei 23 Aprilis : Ad I. « Provisum in II ». Ad II. « Negative, ad primam partem, affirmative ad secundam partem; seu idem iuspatronatus competere exclusive consanguineis Archiepiscopi fundatoris, et in casu Rachid EI Adm et sociis, appellantibus, item Georgio EI Adm et sociis, intervenientibus, qui omnes probaverunt suam cum fundatore consanguinitatem; non autem Antoun EI Adm et sociis, in casu ». Ad III. « lurisdietioneni competere Brno Patriarchae, salvo Ordinarii loci iure instituendi rectorem ecclesiae, in casu ».

XXVIII. NEAPOLITANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, H. Caiazzo.

Vinculi Defensor deputatus: I. Kauer.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. Benedetti.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 23 Aprilis : « Affirmative ».

XXIX. BISUNTINA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* S. Janasik, A. Canestri.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Fournier.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 8 Augusti 1935 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 24 Aprilis : « Sententiam Rotalem esse confirmandam, seu non constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XXX. VARSAVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis' et metus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Pone ns,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: L. Koppert.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: S. Rzewnicki.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 29 Aprilis: «Negative».

XXXI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* O. Pecorari, H. Caiazzo.

Vinculi Defensoris Substitutus : I. Stella.

Advocati: O. Astorri, H. Silvestri-Faà.

Dubium: ***a***•*An* sententia Rotalis diei 28 Ianuarii 1935 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 30 Aprilis : « Rotalem sententiam esse confirmandam, ideoque constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XXXII. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metas et ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens, A.* Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: I. Pendola.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. Torre.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei -1 Maii : « Negative ».

XXXIII. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusam indissolubilitatem.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* H. Quattrocolo, F. Roberti.

Vinculi Defensor: I. Trezzi.

Advocatus: H. Benvignati.

Dubium: « An confirmanda, vel infirmanda sit sententia Rotalis diei 7 Augusti 1934, in casu ».

Sententia diei 14 Maii : « Sententiam appellatam esse confirmandam, seu non constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XXXIV. LIVERPOLITANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, G. Heard, *Ponens,* S. Janasik.

Promotor Iustitiae: V. Bartoecetti.

Vinculi Defensor deputatus: R. Bidagor.

Advocatus: D. Lazzarato.

Dubium: « *An* constet de nullitate matrimonii, in casu».
Sententia diei 17 Maii : « Negative ».

XXXY. VIENNEN. - NULLITATIS MATRIMONII *eœ capite vis et metus.*
Turnus Rotalis: A. Canestri, *Ponens,* I. Teodori, C. Pecorari.
Vinculi Defensor deputatus: I. Pendola.
Advocati: D. Lazzarato, I. Kauer.
Dubia: I. « An constet de nullitate sententiae diei 4 Novembris 1932», II. <(An constet de matrimonii nullitate, in casu».
Sententia diei 22 Maii : Ad I. « Affirmative ». Ad II. « Negative ».

XXXVI. MEDIOLANEN. - NULLITATIS MATRIMONII *eœ capite vis et metus.*
Turnus Rotalis: S. Janasik, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.
Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.
Advocatus eœ mandato gratuiti patrocinii: A. Carabini.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 24 Maii : « Negative ».

XXXVII. BERGOMEN. - CREDITI ET REFECTIONIS DAMNORUM.
Turnus Rotalis: C. Pecorari, *Ponens,* H. CaiazzoÇ F. Roberti.
Promotor Iustitiae: V. Bartoccetti.
Advocati: N. Patrizi, *pro actore;* D. Lazzarato, *pro convento.*
Dubium: « An Domino Laurentio Nicoli competat actio in foro ecclesiastico, in casu ».
Sententia diei 29 Maii : « Affirmative ».

XXXVIII. PRATEN. - NULLITATIS MATRIMONII *eœ capite conditionis appositae.*
Turnus Rotalis: A. Wynen, G. Heard, *Ponens,* S. Janasik.
Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.
Advocatus: A. Capalti.
Dubium: ((An constet de nullitate matrimonii, in casu».
Sententia diei 1 Iunii : « Negative ».

XXXIX. LEOPOLIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *eœ capite vis et metus.*
Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens, A.* Wynen, G. Heard.
Vinculi Defensor deputatus: I. Kauer.
Advocatus eœ mandato gratuiti patrocinii: C. Bernardini.
Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».
Sententia diei 2 Iunii : « Affirmative ».

XL. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus ob exclusum bonum prolis et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* O. Pecorari, H. Caiazzo.

Vinculi Defensor deputatus: E. Suárez.

Advocatus: D. Lazzarato.

Dubium: «An sententia Eotalis die 25 Ianuarii 1936 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 2 Iunii : « Infirmandum esse, seu non constare neque de matrimonii nullitate, neque de eius inconsummatione)).

XLI. Vic. APOST. ORAE BENINI. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* H. Quattrocolo, A. Wynen.

Vinculi Defensor deputatus: R. Bidagor.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubia: I. « An constet de nullitate matrimonii, in casu ». II. « An consilium praestandum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 5 Iunii: Ad I. «Negative». Ad II. « Affirmative ».

XLI I. RUPELLEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob vim et metum.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: L. Koppert.

Advocatus: D. Lazzarato.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 15 Iunii : « Negative ».

XLIII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri.*

Turnus Rotalis: I. Teodori, *Ponens,* O. Pecorari, H. Oaiazzo.

Vinculi Defensor deputatus: I. Pendola.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: A. Oarabini.

Dubium: «An constet de nullitate matrimonii, in casu».

Sententia diei 18 Iunii: «Negative».

XLI V. TAURINEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae et ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: C. Pecorari, *Ponens,* H. Oaiazzo, F. Roberti.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus: F. Ber sani.

Dubium: «An constet de nullitate matrimonii, in casu».

Sen t entia diei 22 Iunii : « Negative »,

XLV. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

Turnus Rotalis: G. Heard, Ponens,..S. .Janasik, A. Canestri.

Vinculi Defensor deputatus: G. Cesterie.

Advocati: I. B. Ferrata, D. Lazzarato.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 24 Iunii: «Negative».

XLVI. ROMANA. - SOLUTIONIS.

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* H. Quattrocolo, G. Heard.

Advocati; P. Guidi, C. Pacelli, *pro parte actrice;* E. Benvignati, I. Limongelli, *pro parte conventa.*

Dubia: I. « An et qua mensura R. P. Dei Medico, olim oeconomus provincialis, debitor exsistat mensae argentariae *vulgo Banco Orselli,* in casu.»-; et quatenus affirmative, II. « An idem P. Dei Medico in casu egerit tamquam persona privata vel tamquam oeconomus provincialis » ; et quatenus affirmative, III. « An idem egerit intra limites accepti mandati »; et quatenus affirmative vel negative ad tertium, IV. « An et qua mensura Provincia Romana teneatur de debitis de quibus agitur».

Sententia diei 26 Iunii : Ad I, II et III : « Provisum in quarto dubio ». Ad IV. « Affirmative, et Provincia Romana tenetur de debitis de quibus agitur, pro summa et cum usuris, iuxta modum in sententia statutum ».

XLVII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ea?* *capite vis et metus et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: A. Canestri, *Ponens,* I. Teodori, C. Pecorari.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus: P. A. D'Avack.

Dubia: I. « An constet de nullitate matrimonii, in casu »; et quatenus negative, II. « Aii consulendum sit Ssmo-pro dispensatione super rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 30 Iunii : Ad I. « Affirmative ». Ad II. « Provisum in primo ». ' N

XL VIII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis contra bonum prolis ei ob exclusam indissolubilitatem.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, I. Teodori.

Vinculi Defensor deputatus: I. Kauer.
Advocatus: D. Lazzarato.
Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu».
Sententia diei 3 Iulii: «Affirmative».

XLIX. PORTLANDEN, IN OREGON. - NULLITATIS MATRIMONII *eœ capite conditionis contra bonum prolis.*
Turnus Rotalis : A. Wynen, G. Heard, *Ponens, S.* Janasik.
Vinculi Defensor deputatus: L. Koppert.
Advocatus eœ mandato gratuiti patrocinii: R. Romano.
Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».
Sententia diei 3 Iulii : « Negative ».

L. OASSOVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *eœ capite vis et metus.*
Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* H. Quattrocolo, A. Wynen.
Vinculi Defensor deputatus: E. Suárez.
Advocatus eœ mandato gratuiti patrocinii: A. Mittiga>.
Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».
Sententia diei 12 Iulii : « Affirmative ».

LI. RHEGINEN. - NULLITATIS MATRIMONII. - INCIDENTIS.
Turnus Rotalis: I. Teodori, *Ponens,* O. Pecorari, H. Oaiazzo.
Vinculi Defensor: I. Trezzi.
Advocatus: H. Benvignati.
Dubia: I. «An sit locus actorum complemento iuxta actricis instantiam ». II. ((An constet de nullitate sententiae die 12 Novembris 1936 a Tribunali Rheginen, editae».
Sententia diei 16 Iulii : « Affirmative » ad utrumque.

LH. PBATEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob eœclusam indissolubilitatem.*
Turnus Rotalis: A. Quattrocolo, *Ponens, A.* Wynen, H. Oaiazzo.
Promotor Iustitiae: V. Bartoccetti.
Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.
Advocatus: A. Caparti.
Dubium : « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».
Sententia diei 20 Iulii: «Negative».

LUI. BERITEN. MARONITARUM. - NULLITATIS MATRIMONII *ob defectum consensus et ob vim et metum.*
Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, A. Canestri, Ponens, I. Teodori.

Yinculi Defensor deputatus: I. Kauer.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:C Bernardini.

Dubium: «An sententia Rotalis diei 23 Februarii 1935 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu».

Sententia diei 23 Iulii : « Sententiam Rotalem esse confirmandam, idest non constare de nullitate matrimonii, in casu ».

LI V. LAQUEDONXEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* H. Quattrocolo, G. Heard.

Yinculi Defensor deputatus: F. Lucidi.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. X. Parisi.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 24 Iulii : « Affirmative ».

LV. PISCIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

Turnus Rotalis: A. Canestri, *Ponens,* I. Teodori, C. Pecorari.

Yinculi Defensor deputatîis: R. Bidagor.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: C. Da,-Silva.

Dubium: «An constet de nullitate matrimonii, in casu».

Sententia diei 27 Iulii : «Affirmative».

LVI. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob defectum consensus.*

Turn/as Rotalis: I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* A. Jullien, H. Quattrocolo.

Yinculi Defensor deputatus: A. M. Darmanin.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: P. A. D'Avack.

Dubium: «An sententia Rotalis diei 3 Augusti 1935 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 30 Iulii: « Confirmandam esse, ideoque constare de matrimonii nullitate, in casu».

LVII. FLORENTINA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis et ex defectu consensu.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: I. Pendola.

Advocatus: N. Patrizi.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 31 Iulii : « Negative ».

L'VIII. - KIBLGBN. — NULLITATIS MATRIMONII *ob vim et metum.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, A. Fidecicchi.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 21 Ianuarii 1937 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia 3 Augusti : « Confirmandam, esse, seu constare de matrimonii nullitate, in casu ».

LIX. MASSILIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis et ob exclusam indissolubilitatem.-*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* H. Caia zzo, A. Fidecicchi.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Fournier.

Dubium: «An constet de nullitate matrimonii, in casu».

•*SeiltenMa* diei 1 Augusti : «Negative».

LX. LOMZEN. - SEPARATIONIS.

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Promotor iustitiae: V. Bartoccetti.

Advocati: D. Lazzarato, *pro actrice ex mandato gratuiti patrocinii;* S. Rzewnicki, *pro convento.*

Dubium: « An vir conventus a iure appellationis deciderit, in casu ».

Sententia diei 5 Augusti : « Affirmative ».

LXI. ANTIOCHEN. MELCHITARUM. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus et ob exclusam indissolubilitatem.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, A. Canestri,

Vinculi Defensor deputatus: I. Pendola.

Advocati: P. Guidi, C. Bernardini.

Dubium : An sententia Rotalis diei 5 Augusti 1936 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 7 Augusti : « Infirmandam esse, idest constare de matrimonii nullitate, in casu ».

LXII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus, et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensor deputatus: I. Kauer.

Advocatus ex-mandato gratuiti patrocinii: S. ••Rzewnicki. •

Dubia,: I. «An constet de nullitate sententiae Cracoviensis». II. «An constet de nullitate matrimonii, in casu »; et quatenus negative, III. « An consilium praestandum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu».

Sententia diei 9 Augusti : Ad I. « Negative ». Ad II. « Affirmative». Ad III. « Provisum in responsione ad alterum ».

LXIII. CONCORDIBN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis:•• S. Janasik, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensor deputatus: I. B. Nicola.

Advocatus: A. Merlo.

9

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 6 Octobris: «Affirmative».

LXIY. TREVIRBN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. Benedetti.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 16 Octobris: ((Negative».

LXY. I ASEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob vim et metum.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* S. Janasik, A. Fidecicchi.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: M. D'Alfonso.

Dubium: «An constet de nullitate matrimonii, in casu».

Sententia diei 16 Octobris : « Affirmative ».

LXVI. CRACOVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII o?; *ignorantiam circa essentiam, matrimonii.* ;••

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensor deputatus: I. Kauer.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Fournier.

Dubium: «An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 26 Octobris : « Negative ».

LXVII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusionem, unitatis, indissolubilitatis et boni prolis.* '

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* H. Quattrocolo, A. Fidecicchi.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus: T. Ragusa.

Dubia: I. « An confirmanda, vel infirmanda sit sententia Rotalis diei 8 Augusti 1935, in casu ». II. (Vi Commissionis Pontificiae) : « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 13 Novembris : Ad I. « Sententiam Rotalem die 8 Augusti 1935 esse confirmandam ». Ad II. « Negative seu non constare de nullitate matrimonii, in casu».

LXVIII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex cap ite simulationis.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Y inculi Defensor deputatus: R. Bidagor.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: P. A. D'Avack.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 16 Novembris: « Añirmative ».

LXIX. NERITONEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus: A. D'Alessandri.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 18 Novembris : « Negative ».

LXX. ANTIOCHEN. MARONITARUM. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* S. Janasik, A. Canestri.

Vinculi Defensor deputatus: G. Cesterie.

Advocatus: C. Bernardini.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu».

Sententia diei 20 Novembris : « Affirmative ».

LXXI. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: I. Teodori, *Ponens,* C. Pecorari, H. Oaiazzo.

Vinculi Defensoris Substitutus : I. Stella.

Advocatus: C. Bernardini.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu».

Sententia diei 26 Novembris : «Negative».

LXXII. N. N. - NULLITATIS -MATRIMONII. - INCIDENTIS.

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* H. Quattrocolo, A. Wynen.

Promotor Iustitiae: V. Bartoccetti.

Vinculi Defensor: I. Trezzi.

Advocati: C. Bernardini et D. Lazzarato.

Dubia: **I.** «An appellatio admittenda sit, in casu», et quatenus negative, II. « An locus sit adiungendi tria dubia proposita ab Advocato R. D. Lazzarato :

I° <(An eadem appellatio prosequenda sit ex officio, in casu », et quatenus negative;

2° « An nova eademque gravia argumenta praesto sint ad propositionem obtinendam, in casu », et quatenus affirmative saltem ad unum;

3° « An sententia Rotalis diei 20 Iunii 1936 confirmanda, vel infirmanda sit, in casu ».

Sententia diei 27 Novembris : « Negative ad utrumque ».

LXXIII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: R. Bidagor.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: A. Carabini.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 4 Decembris : « Affirmative ».

LXXIV. CZESTOCHOVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* H. Quattrocolo, A. Wynen.

Vinculi Defensor deputatus: E. Suárez.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: A. Carabini.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei U Decembris : « Negative ».

LXXV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, G. Heard, *Ponens,* S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: I. Brocco.

Advocatus: A. D'Alessandri.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu».

Sententia diei 11 Decembris : « Negative ».

LXXVI. ROTHOMAGEN. NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* P. Roberti, A. Fidecicchi.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: A. Oarabini.
Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».
Sentencia diei 20 Decembris : « Negative ».

LXXVII. ULTRAIECTEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus et ex capite amentiae mulieris.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.
Vinculi Defensor deputatus: T. Benedetti.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.
Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».
Sententia diei 21 Decembris: «Affirmative».

LXXVTII. ALBINGANEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob intentionem contra indissolubilitatem.*

Turnus Rotalis: C. Pecorari, *Ponens,* H. Oaiazzo, F. Roberti.
Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.
Advocatus: I. Ojetti.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu».
Sententia diei 21 Decembris : « Negative ».

LXXIX. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ob vim et metum* *

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens, Ii.* Quattrocolo, A. Wynen.
Vinculi Defensoris Substitutus : I. Stella.
Advocatus: O. Astorri.
Dubium: «An constet de nullitate matrimonii, in casu».
Sententia diei 22 Decembris: «Negative».

LXXX. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam viri.*

Turnus Rotalis: I. Teodori, *Ponens,* C. Pecorari, H. Oaiazzo.
Vinculi Defensor deputatus: R. Bidagor.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: E. Ruffini.
Dubium: «An constet de nullitate matrimonii, in casu».
Sententia diei 22 Decembris : « Negative ».

LXXXI. STRIGONIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*

Turnus Rotalis: H. Oaiazzo, *Ponens,* F. Roberti, A. Fidecicchi.
Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: O. Da Silva.
Dubium: «An constet de nullitate matrimonii, in casu».
Sententia diei 29 Decembris: «Negative».

LXXXII. NEAPOLITANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae, ob errorem circa qualitatem personae, ex defectu consensus ob amentiam, mulieris.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: I. Pendola.

Advocatus: T. Torre.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 30 Decembris : « Negative ».

II

Causae quae eodem anno 1937 transactae fuerunt, vel quae absque definitiva sententia, ex peculiaribus circumstantiis, finem habuerunt; quibus adduntur decreta quoad recursus contra libellorum reiectionem.

I. VERSALIEN. - *Nullitatis matrimonii,ob vim et metum,cora,m* R. P. D. Henrico Quattrocolo.

Attenta declaratione Parochi Ecclesiae Sancti Germani Lez Corbeil, qua constat Dominam Susannam Gutzwillér Ulrich, actricem in causa nullitatis matrimonii « Ulrich-Gutz willer », supremum diem obiisse die 16 Novembris 1936; perlecto voto Defensoris Vinculi ex officio, Ponens iussit die 5 Ianuarii 1937 acta causae in archivo reponi.

II. SENEN. - *Iurium,* coram R. P. I). Andrea Jullien.

Cum a biennio nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens iussit per decretum 15 Februarii acta in archivo reponi.

III. MESSANEN. - *Nullitatis matrimonii, ex capite vis et metus,* coram R. P. D. Andrea Jullien.

Cum per biennium nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens die 19 Februarii decrevit instantiam peremptam esse et acta in archivo reponi iussit.

IV. TOLOSANA. - *Nullitatis matrimonii, ex capite vis et metus,* coram R. P. D. Andrea Jullien.

Cum per annum nullus actus processualis positus fuerit, Ponens, ad normam can. 1736, decrevit die 6 Martii instantiam esse peremptam.

V. FLORENTINA. - *Nullitatis matrimonii, ob defectum consensus,* coram R. P. D. Guillelmo Heard.

Attenta morte partis conventae, Ponens die 6 Martii iussit acta in archivo reponi.

VI. LTSBONEN. - *Nullitatis matrimonii, ex capite vis et metus,* coram R. P. D. Henrico Quattrocolo.

Cum nullus actus processualis per annum positus fuerit, ad normam can. 1736, Ponens die 9 Martii decrevit instantiam esse desertam.

VII. FLORENTINA. - *Nullitatis matrimonii, olì conditionem contra substantiam matrimonii,* coram R. P. D. Guillelmo Heard.

Cum per annum et amplius nullus actus processualis positus fuerit, Ponens die 22 Martii appellationem declaravit desertam atque acta in archivo reponi iussit.

VIII. PARISIEN. - *Nullitatis matrimonii, ob exclusam prolem,* coram R. P. *D.* Andrea Jullien.

Cum nullus actus processualis intra annum positus fuerit, Ponens die 31 Martii declaravit appellationem esse desertam, ad normam canonis 1736.

IX. PARISIEN. - *Nullitatis matrimonii, ob exclusam prolem,* corani R. P. D. Ioanne Teodori.

Cum per annum et amplius nullus actus processualis positus fuerit, die 7 Aprilis Ponens appellationem declaravit desertam et acta in archivo reponi iussit.

X. OENIPONTANA. - *Nullitatis matrimonii, ex capite vis et metus,* coram R. P. D. Andrea Jullien.

Expleta post duplicem sententiam negativam instructione, cum nec nova nec gravia emerserint argumenta, Turnus Rotalis diei 10 Aprilis non censuit ulteriorem causae propositionem admittendam, in casu (can. 1989 et 1903).

XI. PARISIEN. - *Nullitatis matrimonii, ob exclusum bonum fidei,* coram R. P. D. Henrico Quattrocolo.

Cum nullus actus processualis ad normam can. 1736 positus fuerit, Ponens in causa decrevit die 27 Aprilis instantiam esse desertam.

XII. STRIGONIEN. - *Nullitatis matrimonii, of defectum consensus,* coram R. P. D. Arcturo Wynen.

Cum nullus actus processualis positus fuerit per annum, Ponens per decretum diei 28 Aprilis appellationem declaravit desertam, ad normam can. 1736, et acta in archivo reponi iussit.

XIII. NICBN. - *Nullitatis matrimonii, ob conditionem appositam,* coram R. P. D. Arcturo Wynen.

Cum nullus actus processualis positus fuerit per annum, appellatio, ad normam can. 1736, declarata fuit deserta a Ponente per decretum diei 28 Aprilis, qui iussit acta in archivo reponi.

XIV. IANUEN. - *Nullitatis matrimonii, ex capite vis et metus,* coram R. P. D. Arc turo Wynen.

Cum nullus actus processualis positus fuerit per annum, Ponens die 28 Aprilis appellationem declaravit desertara, ad normam can. 1736, atque iussit acta in archivo reponi.

XV. PARISIEN. - *Nullitatis matrimonii, od impedimentum clandestinitatis et ob exclusam indissolubilitatem,* coram R. P. D. Andrea .Jullien.

Cum actor in causa supremum diem obierit, Ponens diei 8 Maii mandavit ut acta processus in archivo S. Tribunalis reponerentur.

XVI. OZESTOCHOVIEN. - *Nullitatis matrimonii seu Haereditatis,* coram Excmo P. D. Iulio Grazioli, Decano.

Cum in causa de qua supra intra utile tempus nullus ab actore positus fuerit processualis actus, Excmus Decanus Ponens ad tramitem can. 1736 die 10 Maii instantiam peremptam declaravit et acta causae in tabulario S. Rotae Tribunalis reponi iussit.

XVII. BARCINONEN. - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* coram Excmo P. D. Iulio Grazioli, Decano.

Cum in causa de qua supra intra utile tempus nullus positus fuerit processualis actus ab actore in causa, Excmus Decanus Ponens ad normam can. 1736 instantiam peremptam declaravit die 10 Maii et acta in archivo Tribunalis reponi iussit.

XVIII. PARISIEN. - *Nullitatis matrimonii, ob exclusum bonum prolis,* coram Excmo P. I). Iulio Grazioli, Decano.

Cum in causa de qua supra intra utile tempus nullus a parte actrice positus fuerit processualis actus, imo pars actrix licet monita nec suum quidem Patronum designaverit, Excmus Decanus Ponens ad tramitem can. 1736 appellationem desertam declaravit die 12 Maii et acta causae in archivo Tribunalis reponi iussit.

XIX. PARISIEN. - *Nullitatis matrimonii, ob conditionem appositam et ob exclusum bonum prolis,* coram Excmo P. D. Iulio Grazioli, Decano.

Cum reus conventus in causa supremum diem obierit, Excmus Decanus Ponens die 14 Maii acta eiusdem causae in tabulario S. Tribunalis reponi iussit.

XX. MOLINEN. - *Testamenti,* coram E. P. D. Andrea Jullien.

Heredibus actoris, defuncti, legitime renuntiantibus instantiae ab eo promotae; renuntiatione alteri parti communicata nec ab ea impugnata; Ponens in causa, visis cann. 1733, I°, 1740, 1741, renuntiationem admisit decreto diei 29 Maii.

XXI. BONONIEN. - *Nullitatis matrimonii, ob exclusam unitatem, indissolubilitatem et prolem^* coram Excmo P. D. Iulio Grazioli, Decano.

Cum actrix in causa intra tempus a iure statutum nullum posuerit processualem actum ad appellationem prosequendam contra sententiam Tribunalis Bononiensis diei 20 Novembris 1934 interpositam, imo licet admonita nec suum deputaverit Patronum, Excmus Decanus Ponens die 8 Iunii 1937 appellationem desertam declaravit et acta causae in tabulario S. Tribunalis reponi iussit.

XXII. MAGNO VARADINEN. - *Nullitatis matrimonii, ob defectum consensus,* coram Excmo P. D. Iulio Grazioli, Decano.

Cum in causa de qua supra actor nullum intra tempus statutum posuerit actum processualem ad prosequendam appellationem contra Rotalem sententiam diei 14 Novembris 1934 interpositam, Excmus Decanus Ponens ad tramitem can. 1736, die 23 Iunii 1937 appellationem desertam declaravit et acta causae in tabulario S. Tribunalis reponi iussit.

XXIII. MORELIEN. - *Crediti,* coram E. P. D. Ioanne Teodori.

Cum in causa de qua supra nullus intra tempus statutum actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens ad tramitem can. 1736 die 26 Iunii appellationem desertam declaravit et acta causae in tabulario S. Tribunalis reponi iussit.

XXIV. BOIANEN. - *Iurium,* coram R. P. I). Caesare Pecorari.

Cum nullus actus processualis positus fuerit per biennium, ad normam can. 1736, et art. 81, § 2 Normarum S. R. R., R. P. D. Ponens decreto diei 1 Iulii 1937 instantiam peremptam declaravit eiusque acta in archivo reponi iussit.

XXV. CONSTANTINIAN. - *Nullitatis matrimonii, ob clandestinitatem,* coram R. P. D. Andrea Jullien.

Cum per annum nullus actus processualis positus fuerit, appellatio declarata est deserta decreto Ponentis diei 5 Iulii 1937.

XXVI. TERGESTINA: - *Nullitatis matrimonii, ex capite vis et metus,* coram R. P. D. Guillelmo Heard.

Cum per annum nullus actus processualis positus fuerit, appellatio declarata est deserta decreto R. P. D. Ponentis diei 8 Iulii 1937, et statutum est acta in archivo reponi.

XXVII. TURONEN. - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* coram R. P. D. Guillelmo Heard.

Cum per annum nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens die 8 Iulii appellationem declaravit desertam et acta in archivo repon i iussit.

XXVIII. PISCIEN. *Nullitatis matrimonii^ ex capite vis et metus, eo*ram R. P. D. Guillelmo Heard.

Cum per annum nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens appellationem declaravit desertam die 8 Iulii 1937 et acta reponi in archivo iussit.

XXIX. OHICAGIEN. - *Iurium,* coram B. P. D. Guillelmo Heard.

Cum per biennium nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens die 8 Iulii 1937 instantiam declaravit peremptam eiusque acta in archivo reponi iussit.

XXX. ZAGRABIEN. - *Nullitatis matrimonii, ex capite vis et metus,* coram R. P. D. Andrea Jullien.

Super instantia Patroni actricis ut admitteretur ulterior causae propositio, Turnus Rotalis die 12 Iulii 1937 decrevit ulteriorem causae propositionem non admittendam esse, in casu.

XXXI. ROMANA. - *Nullitatis matrimonii, ob conditionem appositam,* coram Excmo P. D. Iulio Grazioli, Decano.

Cum in causa de qua supra a parte actrice nullus intra tempus statutum appositus fuerit processualis actus ad appellationem prosequendam adversus sententiam Vicariatus Urbis diei 4 Decembris 1934, Excmus Decanus Ponens die 14 Iulii appellationem desertam declaravit et acta causae in archivo S. T. reponi iussit.

XXXII. PERUSINA. - *Nullitatis matrimonii, ob exclusum bonum prolis,* coram Excmo P. D. Iulio Grazioli, Decano.

Cum in causa de qua supra nullus intra tempus statutum ab actore positus fuerit actus processualis ad appellationem prosequendam adversus sententiam Tribunalis Perusini die 4 Februarii 1935, Excmus Decanus Ponens ad normam can. 1736 appellationem desertam declaravit et acta causae in tabulario S. T. reponi iussit, die 14 Iulii 1937.

XXXIII. ROMANA. - *Nullitatis matrimonii, od conditionem appositam,* coram Excího P. D. Iulio Grazioli, Decano.

Cum in causa de qua supra nullus a parte actrice intra tempus statutum appositus fuerit actus processualis ad appellationem prosequendam adversus sententiam Vicariatus Urbis diei 4 Decembris 1934, Excmus Decanus Ponens die 14 Iulii 1937 appellationem desertam declaravit et acta causae in archivo S. T. reponi iussit.

XXXIV. PARISIEN. - *Nullitatis matrimonii, ob exclusum bonum sacramenti et prolis,* coram R. P. D. Guillelmo Heard.

Cum per annum nullus actus processualis positus fuerit, appellatio declarata est deserta decreto R. P. D. Ponentis diei 3 Augusti 1937.

XXXV. TERGESTINA. - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* coram R. P. D. Alberto Canestri.

Cum post duplicem sententiam conformem non fuerint prolata nova eaque gravia argumenta, non esse locum concessioni canonis 1903 Patres de turno declaraverunt die 10 Augusti.

XXXVI. NEAPOLITANA - *Damnorum. - Incidentis de competentia,* coram R. P. D. Andrea Jullien.

Cum per annum nullus actus processualis positus fuerit, Ponens decreto diei 2 Octobris appellationem desertam declaravit actaque in archivo reponi mandavit.

XXXVII. CALVEN. - *Damnorum, Incidentis,* coram Excmo P. D. Iulio Grazioli, Ponente.

Sedulo perlectis actis, Excmus Decanus, audito Promotore Iustitiae, attento eius voto necnon natura petitionum Patroni Sacerdotis N. N. quae universam involvunt quaestionem, eas reiciendas decrevit diell Octobris 1937.

XXXVIII. ROTHOMAGEN. - *Nullitatis matrimonii, ob exclusam indissolubilitatem,* coram R. P. D. Arcturo Wynen.

Cum per biennium nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens appellationem ad normam can. 1736 declaravit desertam et acta in archivo reponi iussit, die 20 Octobris 1937.

XXXIX. AMBIANEN. - *Reiectionis libelli,* coram R. P. D. Andrea Jullien.

Turnus Rotalis ad solvendam quaestionem incidentem coadunatus die 23 Octobris decrevit libellum fuisse legitime reiectum, in casu.

XL. N. N. - *Nullitatis matrimonii, ob impedimentum criminis,* coram R. P. D. Ioanne Teodori.

Cum pars conventa diem supremum obierit, causa ad normam canonis 1733 declarata est perempta eiusque acta in archivo reposita sunt decreto R. P. D. Ponentis diei 6 Novembris 1937.

XLI. VARSAVIEN. - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum et ob exclusum bonum sacramenti et prolis,* coram R. P. D. Guillelmo Heard.

Cum per annum nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens die 15 Novembris 1937 appellationem declaravit desertam et acta in archivo reponi iussit.

XLII. VILNEN. - *Nullitatis matrimonii, ob exclusam prolem,* coram R. P. D. Arcturo Wynen.

Cum Promotor iustitiae S. Rotae declaraverit sese appellationem a Promotore iustitiae Vilnensi interpositam prosequi nolle, Patres de turno die 2 Decembris declaraverunt appellationis prosecutionem fieri non posse.

XLIII. PISANA. - *Nullitatis matrimonii, ob exclusam indissolubilitatem,* coram R. P. D. Andrea Jullien.

Attenta renunciatione actoris ad novam causae propositionem, Ponens decreto diei 4 Decembris causam desertam declaravit.

XLI V. MOGUNTINA. - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* coram R. P. D. Henrico Quattrocolo.

Cum pars actrix, quae post duplicem sententiam conformem pro vinculo petierat a N. S. Tribunali novam propositionem causae ad normam can. 1903, suae instantiae renuntiaverit, R. P. D. Ponens mandavit ut acta in archivo reponerentur die 9 Decembris 1937.

XLV. PARISIEN. - *Nullitatis matrimonii, ob conditionem appositam atque ob intentionem contra unitatem et indissolubilitatem,* coram R. P. D. Arcturo Wynen.

Cum nullus actus processualis positus fuerit per annum, R. P. D. Ponens ad normam can. 1736 appellationem interpositam adversus sententiam Parisiensem declaravit esse desertam, die 21 Decembris, et acta in archivo reponi iussit.

An. et yol. XXX IO Maii 1938 (Ser. II, y. Y) - Num. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

IN SOLLEMNI CANONIZATIONE

BB. ANDREAE BOBOLA MARTYRIS SACERDOTIS SOC. IESU, IOANNIS LEONARDI CONGREGATIONIS CLERICORUM REGULARIUM A MATRE DEI CONDITORIS ET SALVATORIS AB HORTA LAICI PROFESSI ORDINIS FRATRUM MINORUM, HABITA IN BASILICA VATICANA, DIE XVII MENSIS APRILIS, ANNO MDCCCCXXXVIII, IN FESTO RESURRECTIONIS D. N. IESU CHRISTI.

Ad postulationem instanter *factam per Advocatum Sacri Consistorii Augustum Milani a viro Eminentissimo Camillo Laurenti, Cardinali Praefecto Sacrorum Rituum Congregationi, R. P. D. Antonius Bacci, Secretarius Litterarum ad Principes, nomine Sanctitatis Suae, ita respondit:*

I. Dum innumeris lychnis Petriana moles resplendet, ac fulgens eius tholus stellantis caeli imaginem refert, dumque omnes, quotquot adsumus, desiderio aestuamus faustissimi, qui iam instat, eventus, idem votum procul dubio pulsat Augusti Pontificis animum. Percupit Ipse scilicet, petitioni vestrae concedens, tribus caelitibus, quorum causam agitis, auctoritate nutuque Dei, summos decernere sanctitatis honores. Si enim nullo non tempore sanctimoniae nitor inconsutilem Catholicae Ecclesiae vestem decorat, ex eodemque, quasi insignita nota, vera dignoscitur religio, at nostra hac aetate praeclara haec, quae in suam prof eren tur lucem, virtutum omnium exempla peculiarem quamdam habere videntur ad adhortandos alliciendosque homines opportunitatem. Siquidem, cum tam multi hodie discupiant — caeli immemores sempiternaeque beatitatis — ingurgitare sese in praesentis huius vitae suaTitates voluptatisque illecebras, eos edocet Franciscalis assecla, Salvator

ab Horta, paupertatis studium, angelicum animi candorem, ac voluntarios insontis sui corporis cruciatus; cum late usque quaque serpat iners caelestium veritatum neglegentia christianorumque officiorum fastidium quoddam, Ioannes Leonardius ad catholicae doctrinae praecepta religiose observanda, ad sanctam morum integritatem alacrius usque assequendam, ad dilatandum denique Iesu Christi Regnum compellat omnes; cum vero, caritate posthabita, vulgo homines « quae sua sunt quaerant », [1] suaque commoda utilitatesque unice spectantes, de proximorum salute nihil pensi habeant, Andreas Bobola, indefatigabilis ille militantis Ecclesiae athleta ac martyr invictus, ad arduum ingrediendum virtutis iter, et ad apostolicos — suo etiam profuso sanguine — exantlandos labores, torpentes animos invitat. Verumtamen Sanctitas Sua, cum tanti ponderis causa agatur, vult secum omnes Deo esse supplices, patrocinio interposito Deiparae Virginis totiusque Curiae caelestis, ut supernae lucis copia Suae menti affulgeat.

Post cantatas Sanctorum Litanias, ad iteratam instantius *postulationem idem Revmus Dominus respondit:*

II. Approperat utique quod catholici orbis vota praestolantur. Attamen, ut omnia tralaticio more, a maioribus accepto, T?ite perficiantur, vult Sanctitas Sua paululum adhuc temporis interponere, dum per usitatum hymnum Paraclytus Spiritus supplici prece invocetur.

Ad haec, praecinente Beatissimo Patre, hymnus Veni Creator Spiritus, *cum congrua oratione successit: quo expleto, tertiam* instantissimam *postulationem haec excepit eiusdem Revmi Domini responsio:*

III. Iam nunc, intento animo demissaque fronte, Petri per Pium loquentis oraculum auditote. Arcanae lucis fulgor, e supernis sedibus illapsus, Summi Pontificis mentem percellit atque collustrat. Gaudent caelestium chori; Hispania, Polonia, Italia laetantur novo sanctitatis lumine decoratae; ac militans Ecclesia exsultat, cui, in tanto rerum discrimine, validissimis apud Deum deprecatoribus frui licet.

Tum Beatissimus Pater, omnibus aperto capite surgentibus, Ipse in Cathedra sedens mitramque gestans, de plenitudine Apostolici ministerii, sollemniter sic pronunciavit:

Ad honorem Sanctae, et Individuae Trinitatis, ad exaltatiönem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, au-

[1] Cf. Philip. II, 21.

ctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe existentium consilio; Beatos **ANDREAM BOBOLA** Märtyrern, **IOANNEM LEONARDI** et **SALVATOREM AB HORTA**, Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes ab Ecclesia Universali illorum memoriam quolibet anno die eorum natali, nempe **ANDREAE BOBOLA** die decimasexta Maii, inter Sanctos Martyres, **IOANNIS LEONARDI** die nona Octobris, et **SALVATORIS AB HORTA** die decimaoctava Martii, inter Sanctos Confessores non pontifices pia devotione recoli debere. In nomine Pa^tris, et Ei)Jdii, et Spiritus-^ Sancti. Amen.

In sollemni veno Missa haec fuit

HOMILIA SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII,

« Haec est dies, quam fecit Dominus : exsultemus et laetemur in ea».[1] Hodie Christus Dominus, devicta morte, aeternitatis nobis aditum reseravit; hodie militans Ecclesia triumphantis Ecclesiae gaudia effusiore laetitia rparticipat, quod tres e suis civibus, divini Redemptoris vestigia secuti, sanctitudinis sëmpiternaeque beatitatis compotes inerranti iudicio consecrantur.

Quibus in caelicolis id revera effectum datur, quod decessor Noster sanctae recordationis Leo Magnus adhortando animadvertit: « Quo processit gloria Capitis, eo spes vocatur et corporis » .[2] Eo scilicet omnes invitamur atque compellimus quo nos Magister noster Christus voce exemploque suo vocavit, ad superñam nempe patriam, quasi per aspera ad astra gradientes, feliciter assequendam. Quodsi per terrestrem hanc peregrinationem difficultates

[1] Ps. cxvn.

[2] S. Leo. M., *Sermo I de Ascens. Domini.*

omne gentis eluetari atque evincere oportet, quandoquidem «Regnum caelorum vim patitur »,[1] neque « coronatur, nisi qui legitime eertaverit»,[2] at praeclara eorum exempla, quos hodie licuit sanctimoniae decore honestare, ut spem nostram erigunt, ita nobis invitamento auxilioque sunt: « Venite, ascendamus ad montem Domini ».[3]

Quapropter opportunum est eorum virtutum laudes, etsi breviter edisserendo, recolere, ut ad eorum egregie gesta pro viribus imitanda incendamur. Ad christianae humilitatis studium, ad terrenarum rerum contemptum, ad voluntariam denique corporis castigationem nos adhortatur omnes Salvator ab Horta, qui, cum quoslibet sensuum motus superioribus animi facultatibus subiecisset, ipsumque animum divinae legi, ita Iesu Christi imaginem suis moribus expressit, ut innumeras multitudines sanctitudinis splendore rerumque miraculis alliciens, ad meliorem ducendae vitae rationem, Ecclesiae nimirum praeceptis consentaneam, omni ope reduceret. Quot enim ex omni ordine cives, ad eum undeunde confluentes, cum supernae lucis fulgorem ex eius vultu radiantem conspicerent, cum incensum audirent eius alloquium, ac flagrantem Dei proximorumque caritatem eius intuerentur, ad sanctissima eius vestigia sequenda veluti rapiebantur.

Qui vero « venator animarum » iure meritoque appellatus est, Andreas Bobola sacerdos Soc. Iesu, actuosum divini Regni dila tandi studium nos edocet; ac martyr invictus enervatos nostrorum temporum homines ad fortitudinem compellat et ad quoslibet Dei Ecclesiaeque causa tolerandos labores, secundum illud «ma gna facere ac perpeti, christianum est ». Is enim a Cosacis Janoviae captus, quod schismaticorum errores refelleret ac catholicam, summo cum fructu, praedicaret fidem, flagris caesus est, aspera ad Iesu Christi modum redimitus corona, alapis graviter pereussus, ac falcato ense vulneratus iacuit. Mox ei oculus evulsus dexter, pellis variis partibus detracta, atque atrociter subusta

[1] Matth., XI, 12.

[2] Cf. II Tim., II, 5.

[3] Mich., IV, 2.

vulnera, hispidoque stramento def ricata. Nec satis ; nam aures ei, nares ac labia resecta sunt, lingua retrorsum ex occipitio abstracta, subula denique in cor defixa: ac tandem aliquando strenuus athleta, bora tertia post meridiem, mirandum sane praebens fortitudinis spectaculum, gladio confossus, martyrii gloriam consecutus est.

Nec leviora nobis virtutis documenta praestat Ioannes Leonardius, Congregationis conditor Clericorum Regularium a Matre Dei. Quin immo, etsi non omnibus facultas officiumque est, pro suis cuiusque rerum adiunctis, Andreae Bobola strenuitatem animi ad vitae usque iacturam imitari, omnes tamen possumus Ioannis Leonardi integritatis candorem, eius precationis sanctae paenitentiaeque amorem, itemque impensum apostolatus studium aemulari. Quibus virtutibus enitens, non modo ipsemet summum attigit christianae perfectionis fastigium, sed ceteros etiam, vel devios ad rectum iter revocavit, vel in incertum aestuantes ad securitatis portum reduxit, vel denique — e cleri praesertim ordine bene multos — ita pietate divinoque ardore incitavit, ut, rebus omnibus posthabitis, nihil magis optarent, quam ut, Evangelii praecones effecti, gentes omnes, in umbra mortis iacentes, Iesu Christi luce ac gratia recrearent.

Tribus in his caelitibus peculiaris videtur Nobis Providentissimus Deus benevolentiae dedisse pignus; quandoquidem iidem —• populis in praesens tanto rerum discrimine perturbatio — novam Ecclesiae portendunt meliorum temporum spem. Quorum caelitum alterum, Poloniae decus, christiani Orientis et Occidentis unitatem suis precibus imploraturum confidimus, in cuius finibus ipse martyrii palmam promeruit ; alterum catholicae Hispaniae —• pace tandem eoncordiaque redintegrata — vigentiora christianae vitae opera conciliaturam ; alterum denique sacris Missionalium expeditionibus uberiora usque incrementa deprecaturom, quas ipsemet indefatigabili studio suasit atque provexit.

Benignissime iidem patriam quisque suam respiciant; suaque tutela efficiant ut — errorum colluvione prohibita, quae ima Civitatis fundamenta subruens atque corrumpens, populos in bar-

bariam veterem detrudere conatur — nostra quoque aetate eaedem Nationes validissima exstent catholicae religionis civilisque cultus propugnacela. Itemque Ecclesiam universam benevolenti vultu respiciant, atque una simul comprecando a Deo impetrent, ut eius ductu e praesentibus tempestatibus victrix emergens, novos agat triumphus, omnesque gentes ad unum Iesu Christi ovile feliciter reducat. Amen. '

LITTERAE APOSTOLICAE

MOTU PROPRIO DATAE

DE IURISDICTIONE SACRAE CONGREGATIONIS PRO ECCLESIA ORIENTALI

PIUS PP. XI

Sancta Dei Ecclesia, quamvis inde a primo christiani nominis saeculo ex Orientis et Occidentis fidelibus coaluerit, una tamen omnino est; atque adeo Romani Pontifices, quippe Beati Petri Apostolorum Principis successores, cui Christus Dominus pascendi universi gregis auctoritatem concredidit, summam de orientalibus etiam christifidelibus curam nullo non tempore egerunt, ut iidem et integram fidem, et firmam disciplinam, et florentem etiam pietatem divinumque cultum retinerent; ideoque maiorem cotidie prosperitatem amplitudinemque adipiscèrentur.

Quodsi per temporis decursum haereses, Schismata ac frequentissimae diuturnaeque infidelium incursiones dominationesque ita Orientalis Ecclesiae populos divexarunt ac fere penitus prostravere, ut mirari liceat quod christianae vitae mores, etsi interdum ad extremum adducti, adhuc tamen superstites evadant; itemque si nonnulli, nimio unitatis concordiaeque amore compulsi, cum non satis Orientalium res atque indolem cognoscerent, vel sacros eorum ritus corrumpere vel eos ad latinos ritus redigere enisi sunt, at Romani Pontifices, decessores Nostri, hisce nisibus pro facultate, nullisque parcendo laboribus, obstiterunt. Iis siquidem curae fuit haereticorum et schismaticorum retundere audaciam, strenuos fidei unitatisque athletas omni ope iuvare, incertos confirmare nutantesque animos, ac seiunctos fratres et filios cum Sua Ipsorum voce tum per legatos ac missionales suos ad unum Iesu Christi ovile assidue revocare. Parique modo nihil reliqui fecerunt, ut quae Principum incuria atque discordia quam latissime inundarent vastar-triees colluviones, eas viribus omnibus compescerent atque repellerent.

Cum vero Summi Pontifices certiores facti sunt quosdam eo contendere, vel ut Orientales a suis ritibus averterent, vel ut peculiare quiddam in iisdem immutarent, non opportuna haec tentamina improbarunt, atque eorumdem rituum integritatem sartam tectamque servare voluerunt. Romanis enim Pontificibus mens est liturgicam rerum varietatem, quae ex peculiari populorum ingenio atque indole invecta est, non modo sanctae fidei divinique cultus unitati non repugnare, sed eam potius commendatione ac laudibus exornare; quandoquidem ex hoc capite facile eruitur unam eamdemque catholicam religionem et omnium vel diversarum gentium naturae ac moribus respondere optime, et uberrimos variaque pulchritudine distinctos edere fructus. Huc accedit quod singuli unius cuiusque liturgiae libri, pro sua ex antiquissimis temporibus integritate, avitam fidem invicte luculenterque testantur, qua veteres Christianitates mysteria et sacramenta, peculiari modo a Novatoribus hodie hostiliter impugnata, amplectebantur, ac religiose venerabantur.

Eiusmodi Summis Pontificibus cura fuit, hoc in rerum ordine, ante Sanctam Tridentinam Synodum. Postea vero, ad res aptius faciliusque expediendas, appositas instituerunt Congregationes; itaque decessor Noster f. r. Gregorius XIII, altero Pontificatus sui anno, eo quidem consilio, ut orientales ritus vel servaret incolumes, vel pro rerum adiunctis in pristinum decus restitueret, itemque ut christifidelium numerum, qui hos eosdem ritus profiteantur, data opera augeret, peculiarem condidit *Congregationem, de rebus Graecorum,* quam Clemens VIII in *Congregationem super negotiis Fidei et Religionis Catholicae* immutando transtulit, eidem concredens non modo Ecclesiae Orientalis curam, sed munus etiam propagandae fidei cum in Occidentis populos, qui ad Novatorum errores declinaverant, tum in eas etiam regiones) quae novissime exploratae fuerant. Itaque, quamvis de speciali Congregatione ageretur, quae postea iure meritoque *Congregatio de Propaganda Fide* nuncupata fuit, idem tamen munus iam sibi demandatum habebat, quod Gregorius XV Generali Congregationi commisit ab se hoc eodem titulo constitutae, id est « praesidendi missionibus omnibus ad praedicandum et docendum Evangelium et catholicam doctrinam »; atque adeo in novam Congregationem confluxit, ab eodem Gregorio XV conditam.

Quae Sacra Congregatio ex eo tempore unum fuit atque unicum Officium Pontificium Missionibus usque quaque provehendis. Attamen, peculiari condicione iuridica perspecta Orientalium Catholicorum, qui sub Turcarum dominatione versabantur; itemque haud mediocri diver-

sitate perpensa suae ipsorum liturgiae ac disciplinae, facile paulo post necessitas in comperto fuit, demandandi scilicet peculiaribus Congregationibus, quae in Generalis Congregationis gremio *de Propaganda fide* coaluerant, graviorum negotiorum expeditionem, quae ad easdem gentes pertinerent. Quapropter Urbanus TUI Congregationem instituit *super dubiis Orientalium,* atque alteram *super correctione Euchologii Graecorum;* iisdem vero agendi rationibus Pontifices usi sunt usque ad decessorem Nostrum f. m. Pium IX, praeter tamen Clementem XI, qui, cum Euchologii emendationem perficere vellet, ac ceteros omnes Orientalium liturgicos libros recognoscere, Congregationem excitavit « *super correctione librorum Ecclesiae Orientalis* », utpote stabilem Congregationem, a Sacro Consilio *de Propaganda fide ssiunck&m i*

Iamvero, decessor Noster, quem supra memoravimus, Pius IX eo consilio permotus, ut id genus causa, pro diuturno rerum usu atque experimento, firmiore aptioreque ratione ordinaretur, novam condidit Congregationem a S. C. *de Propaganda fide* distinctam. Novo huic Sacro Consilio cui titulus inditus fuit $. *C. de Propaganda fide pro Negotiis Ritus Orientalis,* pertractare curae erat « omnia Orientalium negotia, etiamsi mixta, quae scilicet sive rei, sive personarum ratione Latinos attingerent ». Quae quidem Congregatio, quamvis proprio frueretur Secretario proprioque Secretariae officio, eidem tamen, ac S. Congregatio *de Propaganda fide,* Praefecto subiciebatur, cuius idcirco erat utriusque Congregationis operam disponere atque digerere, cum res ad eamdem regionem pertinerent. Quoniam vero S. Congregationi *de Propaganda fide* obnoxia erat, eiusque titulum retinebat, nonnullis, etsi non recte, videbatur veluti quoddam eiusdem Congregationis supplementum; atque adeo Catholici Orientales Latinis subiecti videbantur et quasi infidelibus haereticisque Occidentis exaequati.

Quamobrem decessor Noster p. r. Benedictus XV, cum optaret ut vel species evanesceret contumeliosae huius suspicionis, Apostolicis Litteris *Dei Providentis*[1] Motu Proprio datis die 1 mensis Maii, anno MDCCCCXVII, *Sacram Congregationem* instituit *Pro Ecclesia Orientali, &* S. C. *de Propaganda fide* omnino seiunctam. Cui quidem novae Congregationi, ut peculiarem suam Orientalibus ChristianitatibUs benevolentiam ac curam testaretur, ipsum Romanum Pontificem praesidere voluit eidemque facultates omnes attribuit, « quas aliae Congregationes pro Ecclesiis ritus latini obtinent, salvo tamen iure Congregationis S. Officii ». Verumtamen attributas facultates conclusit atque contraxit « *ad* negotia,

[1] *Acta Ap. Sedis,* vol. IX, p. 529 sq.

quae sive ad personas, sive ad disciplinam, sive ad ritus Ecclesiarum Orientalium referuntur, etiamsi mixta, quae scilicet sive rei, sive personarum ratione, Latinos quoque attingant ita ut Latini, qui in Christiani Orientis regionibus commorantur, Sacrae Congregationi *de Propaganda fide* subiecti adhuc essent.

Qua posita iurisdictionis duplicitate, perdifficile prorsus erat validam eam assequi regiminis unitatem expeditamque.negotiorum administrationem, quae omnino requiruntur, ut et quantocius diversitates dissensionesque dilabantur, quae inter fideles dissimilium rituum absimilisque disciplinae facile oriuntur, et apostolatus caritatisque opera, quae praesertim ad Actionem Catholicam attinent, efficientius usque ordinentur ac promoveantur, et catholicorum denique vires omnes in unum coeant ac coalescant, quemadmodum praesentium rerum adiuncta procul dubio postulant, nedum consulant.

Nos igitur, cum vehementer expptemus, ut insignia illa beneficia, quae perfecta unitas ac peculiaris regiminis ratio suapte natura inducunt, dilectissimis Orientis Ecclesiis tuta pro facultate servemus, postquam rem diu multumque Nobiscum consideravimus, ac supplices Deo Nostras adhibuimus preces, Motu Proprio, certa scientia, ac de apostolicae plenitudine potestatis, haec omnia, quae sequuntur, decernimus atque statuimus :

I. - Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali, cui praeest ipse Romanus Pontifex, plenam et exclusivam iurisdictionem habet in regionibus quae sequuntur : in Aegypto et in peninsula Sinaitica, in Erythraea et in parte septentrionali Aethiopiae, in Albania australi, Bulgaria, Cypro, Graecia, Dodecaneso, Iran, Iraq, Libano, Palaestina, Syria, TransJordania, asiatica Turcarum republica et in Thracia Turcarum dicioni subiecta.

II. - Quare in praefatis regionibus non solum pro fidelibus ritus orientalis, sed etiam pro fidelibus latini ritus eorumque hierarchia, operibus, institutis, piis societatibus, eadem ' Sacra Congregatio omnibus facultatibus potitur, quas aliae Congregationes pro fidelibus ritus latini extra illa territoria obtinent, incolumi tamen iure Congregationis S; Officii, ac integris manentibus quae huc usque reservata sunt S. Congregationi de disciplina Sacramentorum, S. Congregationi Sacrorum Rituum, S. Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus ac Sacrae Paenitentiariae.

III. - Quoad fideles ritus orientalis, extra praefatas regiones commorantes, firma manet in omnibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia

Orientali competentia. Quare ei reservantur omnia cuiusque generis negotia, quae sive ad personas, sive ad disciplinam, sive ad ritum orientalem referuntur, etiamsi sint mixta, quae scilicet sive rei sive personarum ratione Latinos quoque attingant; eique pro his fidelibus omnes facultates attributae sunt, quae ad alias Congregationes pro fidelibus ritus latini pertinent, salvo semper iure Congregationis S. Ofileii et integris manentibus quae huc usque reservata sunt S. Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus et Sacrae Paenitentiariae.

IV. - Haec Sacra Congregatio controversias dirimit via disciplinari; quas vero ordine iudiciario dirimendas iudicaverit, ad tribunal remittet quod ipsa Congregatio designaverit.

V. - Christiani Orientis regiones, quas supra memoravimus, in exclusivam *S. Congregationis pro Ecclesia Orientali* iurisdictionem gradatim devenient, temporibus nempe, quae infra singillatim designamus :

a) die prima mensis Iunii, anno MDCCCCXXXVIII, in exclusivam Sacrae huius Congregationis iurisdictionem transibunt Palaestina, TransJordania, Aegyptus, Península Sinaitica et Cyprus;

ö) die prima mensis Ianuarii, anno MDCCCCXXXIX, Graecia, Dodecanesus, australis Albania, Bulgaria, asiatica Turcarum respublica et Thracia Turcarum dicioni subiecta;

c) die prima mensis Iunii, anno MDCCCCXXXIX, Syria, Libanus.. Iraq et Iran.

VI. - A die, quo praesentes Apostolicae Litterae Motu Proprio datae promulgabuntur, ad diem usque, quo singulae regiones in exclusivam *S. Congregationis pro Ecclesia Orientali* iurisdictionem devenient, nullum opus nullumque institutum condi poterit, neque ulla rerum condicionibus immutatio fieri, quin antea consensio intercesserit S. Congregationis pro Ecclesia Orientali.

VII. - Cum Christiani Orientis regiones in exclusivam *S. Congregationis pro Ecclesia Orientali* iurisdictionem devenerint, documenta, quae ad easdem regiones spectant, quaeque in Tabulario $. *Congregationis de Propaganda -fide* asservantur, Tabulario S. Congregationis Orientali Ecclesiae praepositae demandandi ac tradenda sunt, prout res fieri poterit, atque ex mutuo utriusque Ofiicii moderatorum consensu,

VIII. - *Sacra Congregatio de Propaganda -fide* omnia pecuniae capita, quae operibus atque institutis earum regionum destinantur, quae exclusivae *S. Congregationis pro Ecclesia Orientali* iurisdictioni attri-

butae sunt, eidem Sacrae Congregationi transmittet. Quodsi distincta eiusmodi pecuniae capita non exsistant, *Sacra Congregatio de Propaganda fide* tantum reditus constituat ex aere proprio, quantum universam subsidiorum summam exaequet, cum ordinariorum, tum extraordinariorum, quam eadem Sacra Congregatio quotannis ad has regiones pro suis cuiusque operibus .atque institutis, mittere solebat. Extraordinaria autem subsidia ex media quantitate pecuniae designanda sunt quae superiore triennio, hoc est annis MDCCCGXXXV-MDCCCCXXXVI-MDCCCCXXXVII, ad has easdem regiones quotannis missa fuit.

IX. - *Pontificium Opus a Propagatione Fidei* eam summam quotannis reddet *Sacrae Congregationi pro Ecclesia Orientali*, quae comparationem proportionemque immutatam servet inter universam subsidiorum summam, cum ordinariorum, tum extraordinariorum, quae postremo triennio, ut supra diximus, in Orientalium ac Latinorum causam pro iisdem regionibus erogata sunt, ac proventuum redituumque summam, quam memoratum Pontificium Opus eodem triennio coacervavit.

X. - *Pontificium Opus a S. Petro Apostolo pro Clero Indigena* quotannis *Sacrae Congregationi pro Ecclesia Orientali* eam summam transmittet, quae duas centesimas partes exaequet omnium redituum ac proventuum eiusdem Pontificii Operis.

XI. - Substitutus *Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientati* ex iure Consilium Generale Superius participat Pontificiorum Operum a Propagatione Eidei et a S. Petro Apostolo pro Clero Indigena.

Quae autem heic a Nobis statuta sunt, ea firma ac valida in perpetuum esse volumus ac iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus, etiam peculiarissima mentione dignis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum \ die XXV ; mensis Martii in festo Annuntiationis B. M. Virginis, anno MDCCCCXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 2 Aprilis 1938. — Cathedrali Ecclesiae Botucatuensi praefecit Exc. P. D. Antonium Colturato, hactenus Episcopum Uberabensem.

die 9 Aprilis. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Odessitanae Exc. P. D. Alexandrum Gonzales, hactenus Episcopum Matagalpensem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Iosephi Antonii Lezcano y Ortega, Archiepiscopi Managuensis.

die 12 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Geritanae R. P. Hilarinum Felder, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum.

die 13 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Leptimagnensi R. D. Alphonsum Ferrandina, Canonicum ecclesiae metropolitanae Neapolitanae, quem deputavit Auxiliarem Emi ac Revmi Domini Alexii S. R. E. Cardinalis Ascalesi, Archiepiscopi Neapolitani.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

ROMANA ET ALIARUM

ABSTINENTIAE ET IEIUNII

Die 13 Novembris 1931

SPECIES FACTI. — Novissimis temporibus nonnulli locorum Ordinarii huic Sacrae Congregationi exposuerunt haud parvas adesse difficultates in observanda lege abstinentiae et ieiunii in pervigilio Nativitatis Domini, sive ob inductam praxim celebrandi proximam festivitatem

inde a pervigilio etiam epulis, qualitate et quantitate, vetitis a lege, sive ob curas et labores quibus fideles et sacerdotes hac die premuntur.

Quapropter iidem Ordinarii petierunt ut obligatio haec cessaret a meridie ipsius pervigilii, uti statutum est pro Sabbato Sancto in canone 1252 § 4 Codicis iuris canonici.

ANIMADVERSIONES. — Contra petitam dispensationem extare videtur peculiaris lex de qua in canone 1252 § 2, ideo lata ut fideles rite praeparentur ad pie sancteque Incarnationis Domini mysterium recolendum, cuius festivitas, quae inter maximas Ecclesiae catholicae recensetur, nonnisi absoluto eodem pervigilio seu a media nocte liturgice celebratur.

Eationes vero, quae pro dispensatione afferuntur, non videntur solido niti fundamento. Et praxis in contrarium inducta potius abusus est dicenda, ideoque pro viribus adlaborandum est ab iis praesertim, quibus cura imminet animarum, ut removeatur. Extraordinaria praeterea sacerdotum ac fidelium in huiusmodi pervigilio defatigatio occurrit fere ubique in universa Ecclesia.

Ceterum in casibus particularibus praesto sunt principia theologiae moralis de causis a ieiunio excusantibus, necnon quae in canone 1245 § 1 statuuntur.

Denique concessio per canonem 1252 § 4 facta quoad Sabbatum Sanctum adduci nequit in exemplum, cum Resurrectio Domini inde a meridie eiusdem pervigilii celebretur.

RESOLUTIO. — In plenariis autem comitiis, die 13 novembris 1937 habitis, Emi Patres huius Sacrae Congregationis ad propositum dubium : « *An et quomodo expediat concedere dispensationem a lege abstinentiae et ieiunii in pervigilio Nativitatis Domini* », responderunt : « *Negative, seu non expedire, et ad mentem.* Mens autem est ut Ordinarii satagant opportunis instructionibus fideles inducere ad ius commune servandum ».

Quam resolutionem in audientia diei 18 eiusdem mensis, referente subscripto S. Congregationis Concilii Secretario, Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. XI approbare et confirmare dignatus est.

I. Bruno, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

DE JEHOL **ET** DE MTJKDËN

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM VICARIATUUM

Cum Vicarii Apostolici de Jeliol et de Mukden una mente censuissent utrique Vicariatui opportunum esse ex Vicariatu de Mukden distractam partem Provinciae de Chinchow adnecti Vicariatui de Jehol, Eminentissimi Patres huic 'S. Congregationi praepositi, in sollemni congressu die 7 vertentis mensis Februarii habito, decreverunt, considerato assentienti voto eorum quorum interesset, ex Vicariatu Apostolico de Mukden distrahere et Vicariatui Apostolico de Jehol adnectere Provinciae civilis de Chinchow civiles Praefecturas de Chin-Hsien, Kin-Si, Hing-Ch'eng, Sui-Chung, I-Hsien.

Quam Eminentissimorum Patrum sententiam Ssmus D. N. Pius Div. Prov. Papa XI, in Audientia concessa hac die 9 mensis Februarii infrascripto Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Secretario, ratam confirmatamque habuit; atque praesens Decretum confici iussit et expediri.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. de Prop. Fide, die 9 Februarii anno D. 1938.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

L. -gg S.i ...

'{ G. Costantini, Archiep. tit. Theodosien., *Secretarius.*

II

DE STJIFU ET DE YACHOW

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM VICARIATUUM

Cum Vicarii Apostolici de Suif u et de Yachow una mente censuissent suae cuique Missioni opportunum esse ex Vicariatu de Suif u distractam subpraefecturam civilem de Loshan (Kiating) adnecti Vicariatui de Yachow, Eminentissimi Patres huic S. Consilio a Fide Propaganda praepositi, in sollemni consessu die 7 currentis mensis Februarii habito, decreverunt, attento favorabili voto eorum quorum interesset, ex Vicariatu Apostolico de Suifu distrahere et Vicariatui Apostolico de Yachow adnectere civilem subpraefecturam de Loshan (Kiating), in quam eiusdem subpraefecturae principem urbem Kiating sedem Ordinarii esse transferendam et Vicariatum ipsum ab eadem deinceps « de Kiating» denominandum.

Quam Eminentissimorum Patrum sententiam Ssmus D. N. Pius Div. Prov. Papa XI, in audientia concessa hac die ix mensis Februarii infrascripto S. Congregationis de Propaganda Fide Secretario, ratam confirmatamque in omnibus eius partibus habuit; atque praesens Decretum confici iussit et expediri.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 9 Februarii anno D. 1938.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

L. ffi S.

f C. Costantini, Archiep. tit. Theodosien., *Secretarius.*

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis ut infra datis decretis Sacri Consilii Christiano Nomini Propagando, Ssmus Dnus Noster Pius div. Prov. Pp. XI dignatus est sequentes providere Ecclesias, nimirum :

die 29 Martii 1938. — Metropolitanae Ecclesiae Rhodiensi praefecit R. P. Floridum Ambrosium Acciari, O. F. M.

— Cathedrali Ecclesiae Darwinensi (iam Victoriensi et Palmerstonensi) R. P. Franciscum Xaverium G seil, e Missionariis a Sacro Corde Iesu. '

— Titulari Ecclesiae Thinitanae R. P. Ioannem Reesinck, Societatis Missionariorum S. Iosephi de Mill-Hill sodalem, quem constituit Vicarium Apostolicum Nili Superioris.

— Titulari Ecclesiae Citharizenae R. P. Petrum Massa, e Pontificio Instituto a Ss. Ap. Petro et Paulo et a Ss. Ambrosio et Carolo pro missionibus ad exteras gentes, quem constituit Vicarium Ap. de Nanyang.

— Titulari Ecclesiae Risinitanae R. P. Ubaldum Langlois, O. M. L, quem constituit Vicarium Apostolicum de Grouard.

— Titulari Ecclesiae Limatensi R. P. Napoleonem La Brie, Congregationis Iesu et Mariae, quem constituit Vicarium Apostolicum Sinus Sancti Laurentii.

' iv '

NOMINATIONES

Sacrum Consilium Christiano Nomini propagando datis decretis, ut infra, ad suum beneplacitum renunciavit:

die 8 Aprilis 1938. — R. P. Pacificum Calzolari; O. F. M., *Praefectum Apostolicum de Siangtan.*

— R. P. Ludovicum Haag, e Societate Missionariorum Africae, *Praefectum Apostolicum de Tukuyu.*

SACKA CONGREGATIO RITUUM

. ARIMINEN. •: ..

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI PII A S. ALOISIO, CLERICI PROFESSI CONGREGATIONIS CLERICORUM EXCALCEATORUM SSMAE CRUCIS ET PASSIONIS D. N. I. C.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in Casu et ad effectum de quo agitur.

Etsi *mundus totus in maligno positus est* (I Io., 5, 19)¿ quia *opera eius mala sunt* (Io., 7, 7), numquam tamen in Catholica Ecclesia defuerunt qui in mundo quidem erant, sed non de hoc mundo. Plures enim vel a teneris unguiculis eius haec opera exosi, Christum, et hunc crucifixum, cominus sequuti; caelestem potius vitam, quam terrenam visi sunt duxisse. Hos inter merito est accensendus Dei famulus Pius a S. Aloisio qui brevi viginti duorum annorum nondum expletorum spatio, miranda pietatis ac religiosae vitae specimina in exemplum exhibuit.

In oppidulo « Trebbio » die 29 aprilis mensis a. D. 1868 ex Iosepho Campidelli et Philumena Belpani, piis honestisque ruricolis, natus est, eodemque die sacris baptismi aquis ablutus in paroeciali Ecclesia proximi oppidi « Poggioberni », Ariminensis dioecesis, Aloisii, Nazareni ; Francisci nominibus ei impositis. Patre mature orbatus, sub religiosissimae matris disciplina ad pietatem est educatus. Cuius curae ita puerulus respondit, ut ex modesta corporis compositione, pietatisque ardore, quo, in Ecclesia praesertim, preces eifundebat, ad Paradisum natus passim diceretur. Quinquennis sacro chrismate fuit linitus, decennis vero divina dape, caelesti perfusus gaudio, primitus fuit refectus. Ecclesiam adire, sacris actionibus operam dare, in deliciis habebat.

Licet se ad sacerdotium a Deo vocari persentiret, ne vocationi huic yivissimoque optatui satisfaceret, a familiae inopia, quae expensis in Episcopali Seminario sustinendis impar omnino erat, fuit praepeditus. Enixis interim precibus, diu noctuque eifusis, a Deo beatissimaque Virgine gratiam hanc implorare non destitit. Divinae autem providentiae

consilio factum est ut in Missionales quosdam e Congregatione Clericorum excalceatorum Ssmae Crucis et Passionis Domini nostri Iesu Christi ipse incurreret, atque anno 1882 huic adscribi ei daretur.

In tirocinio quod in recessu S. Mariae de Casale incepit, in altero vero S. Eutitii non longe ab urbe Viterbio complevit, totum se perfectionis studio adeo se dedidit, ut exemplo aliis praeiret, nullus enim vel minimus defectus in eo fuit notatus. Biennio post, decimoséptimo aetatis anno vix inchoato, religiosa vota in eodem Recessu S. Mariae exultanti animo nuncupavit; dein litterariis, philosophicis theologicisque studiis sedulo incubuit. Clericali Tonsura sacris initiatus, Minores Ordines suscepit; dum autem in eo erat, ut ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem promoveretur, violento phthisico morbo affectus, die 2 novembris mensis a. 1889, morientium sacramentis roboratus, divinae voluntati perfecte consentiens, quasi divini amoris impetu ad caelestia attractus, placidissime decessit.

Sanctitatis fama, qua vivens apud consodales fruebatur, post mortem extra claustrum erupit, praesertim postquam eius exuviae a. 1923 e coemeterio in Recessus Ecclesiam fuerunt translatae. Plures porro gratiae> inter quas nonnullae vera miracula esse dicuntur, eo interveniente feruntur acceptae. Quare Ordinaria auctoritate in Curia Episcopali Ariminensi super vita et sanctitatis fama, super scriptis nec non super paritione Urbani VIII decretis de cultu Servis Dei non praestando constructi sunt processus. Duo quoque processiculi rogatoriales super eadem fama confecti sunt in Curiis Uritana et Ostuniensi.

Quum nulla autographo scripta fuerint inventa, die 18 iulii a. 1928 sacra haec Congregatio decrevit: *Attenta non retentione scriptorum nihil obstare quominus procedatur ad ulteriora.* Interim plures postulatoriae litterae Beatissimo Patri sunt exhibitae, duorum S. R. E. Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum, Generalium Moderatorum Religiosorum Ordinum seu Congregationum, Cleri S. Archangeli de Romandiola, Coetuum Actionis catholicae Consiliique dioecesani Ariminensis Virorumque catholicorum.

Quocirca, instante Rmo P. Aegidio a Sacris Cordibus, Congregationis Clericorum excalceatorum Ssmae Crucis et Passionis D. X. I. C. Postulatore Generali, Emus ac Rmus Cardinalis Alexander Verde Causae huius Ponens seu Relator, in Ordinariis S. R. C. Comitiis, die 4 mensis huius habitis, dubium posuit disceptandum : *An signanda sit Commissio Introductionis Causae Bervi Dei Vii a S. Aloisio in casu et ad effectum de quo agitur.* Emi ac Rmi Patres sacris ritibus tuendis praepositi post relationem eiusdem Cardinalis, audito quoque Officialium Praelatorum

voto, scripto datum, nec non R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, omnibus mature perpensis, rescribendum censuere : *Affirmative seu Signandam esse Commissionem Introductionis Causae si Ssmo placuerit.* Facta autem, subsignata die, Ssmo Domino Nostro Pio Papae XI, ab infrascripto Cardinali relatione, Sanctitas Sua sacrae Congregationis rescriptum ratum habens, propria manu Commissionem Introductionis Causae Servi Dei Pii a S-Aloisio signare dignata est.

Datum Romae, die 5 Ianuarii a. D. 1938.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. $ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II,'..'.'.'

MATRITEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI MARIAE DESOLATAE TORRES ACOSTA, FUNDATRICIS INSTITUTI SORORUM SERVARUM MARIAE INFIRMIS MINISTRANTIUM.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Apostolus et Evangelista Ioannes, qui, altissimo contemplationis volatu superna petens, divini Verbi originem a Patre praedicavit, idem ille in profunda humani cordis arcana obtutum demittens, superbieñtis mundi fastum celebri ea sententia perstrinxit : *Omne quod in mundo est, concupiscentiae carnis est, concupiscentia oculorum et superbia vitae* (I Ioan., II, 16). Quae quidem idola voluptatis, avaritiae, superbiae ita hac nostra aetate in altum, adversus Deum, nefario ausu extolluntur, ut forte numquam alias. Huic superbissimo debellando hosti, humilitatem opposuit Christus crucis suae, ut per eâ mundus vinceretur, quae maxime ipse déspectui habebat. Quem quidem de diabolo et mundo triumphum Christus per servos suos iugi victoria in Ecclesia perennai. Porro triplici, quam supra diximus, concupiscentiae ita serva Dei Maria Desolata Torres Acosta totam suam vivendi formam opposuit, ut a Deo in exemplum, nostris temporibus accommodatissimum, provide data videatur.

\ Matrici, die 2 mensis Decembris anno 1826, e pauperibus honestisque parentibus Emmanuele Torres et Antonia Acosta orta, biduo post baptizata est, Emmanuelae, Bibianae et Antpniae nominibus receptis. Die 16 Ianuarii anno 1829 sacro Chrismate linita, in paternis aedibus primaevam transegit aetatem, domesticis curis atque fratrum natu mino^ rum institutioni intenta. Adhuc puellula, suavi atque egregia indole praedita, eximia pietate ac morum innocentia florebat. Sacrosancto Missae sacrificio fere quotidie aderat et Eucharistico pane frequenter sese reficiebat. Virginem Perdolentem suavi, uti amantissima filia, prosequebatur amore. Fratres puerosque viciniores, saepe apud se congregatos, orandi formam et christianae religionis rudimenta sedulo docebat. Iam a pueritia corpusculum crebris mortifìcationibus macerare, cibisque se privare satagebat, ut pauperiores reficeret. Iuvenilis aetatis vanitates abhorrens, mundana solatia fugiens ac soli Deo placere cupiens, absconditam in Christo vitam ducebat. Desiderio flagrans vitam religiosam amplectendi, uti conversam inter Sorores Sancti Dominici cooptari petiit. Assequi id tamen non potuit cum opportuna dote careret; sic Deo disponente, qui famulam suam ad novam religiosam familiam condendam vocabat. Porro quum interim matritensis sacerdos Michael Martínez Sanz de nova Congregatione instituenda cogitaret, infirmis praesertim in proprio domicilio curandis, Dei Famula ubi primum id cognovit, ei suum nomen alacriter dedit, et cum aliis sex puellis, in honorem Septem Dolorum Beatae Mariae Virginis, coram Cardinali Archiepiscopo Toletano religiosa vota nuncupavit die 15 Augusti anno 1851. Exinde summa sollertia omnes contulit labores in novo Instituto augendo et longe lateque propagando, praesertim quum memoratus sacerdos, ad exteras missiones non multo post profectus, vix enatum Institutum, multis adhuc difficultatibus pressum, Ancillae Dei regendum, sustinendum, perficiendum reliquit.

Quinque circiter post annos ab ortu Congregationis, Moderatrix Generalis renuntiata, id munus ad obitum usque, brevi excepto intervallo immeritae amotionis, quam aequissimo tulit animo, mirifice adimplevit. Sorores tenerrime uti mater dilexit atque praecipue erga nonnullas adversas nedum humanissime, sed heroica caritate se gessit. Firma omnino in vigili regularum observantia, exemplo erat omnibus. E matritensi domicilio saepius discedere coacta ut novas domos conderet, plurima perfecit itinera, diuturna sustinuit incommoda, graves suscepit labores, iugiter pietatis exercitiis intenta.

Anno 1867, die 18 Septembris mensis, Laudis decretum, quod vocant, «lie vero 23 Iunii anno 1898 definitivam Apostolicae Sedis approbationem

Constitutionum Institutum obtinuit. Quod interim singularem in modum succreverat, adnitente Serva Dei. quae, divina ope freta, novas ferme in toto terrarum orbe domos aedificavit ac fructus pro animarum corporumque salute quamplurimis obtinuit.

Cuius vero sanctitatis si peculiarem notam requiras, eam in profundissima Servae Dei cordis humilitate facile deprehendas. Ex qua vivifica radice, una cum iliibatissimo virginalis animae candore atque iugi mortificationis studio, illa prodiit mira patientia, qua paupertatem, iniurias, res adversas omne genus fortiter tulit. Sed potissimum inde erupit ea flagrantissima caritatis flamma, quae totam eius vitam incendit. Aegris, pro sua peculiari vocatione, ut ipsi Christo inserviebat. Valentiae, in Hispania, quum cruenta seditio acri certamine fureret, media inter arma animose proruit ut in ipso pugnae campo sauciatis opem ferret. Barcinonem, quo tempore variolarum dira pestis ibi grassabatur, alacris cum suis sodalibus advolavit, ut ibi sui Instituti domum aegrorum solamini conderet. Demum ubicumque aliquod discrimen immineret, ipsa, pro suis viribus, praesto aderat caritatis administra : ita exaltante Deo ancillam suam, ut quae pro sua humilitate omnibus subesse optabat, celsitudine heroicarum virtutum vel praestantiores aequaret.

Post tot exantlatos labores, postremo morbo correpta, sororibus adstantibus velut supremo testamento caritatem commendans, extremisque Sacramentis pie susceptis, placidissime obdormivit in Domino die 11 Octobris anni 1887, aetatis suae 61. Iusta funebria sequenti die habita fuerunt, frequentissimo adstante populo. Corpus in coemeterio S. Iusti primo depositum, quinque post annos in cryptam Sacelli domus matritensis translatum fuit.

Sanctitatis fama, qua Serva Dei cum ante, tum potissimum post mortem, apud plebem gravesque viros inclaruit, ac plurima quae eius invocatione ferebantur patrata prodigia, Revmum Episcopum matritensem permoverunt, ut ordinaria auctoritate Processum Informativum institueret super virtutibus et miraculis in genere, super scriptis et cultu numquam eidem Servae Dei praestito, ad normam sacrorum canonum. Hae omnes inquisitiones Romam delatae, Sacrae Rituum Congregationi traditae fuerunt. De scriptis per censores theologos rite examinatis, die 21 Novembris anno 1920 decretum fuit. Habita demum disceptatione super fama sanctitatis vitae et virtutum, die 25 Novembris anno 1924 Decretum super Causae Introductione fuit editum. Die autem 8 Iulii subsequentis anni, publici iuris factum est decretum super cultu numquam ipsi Servae Dei praestito. Apostolicis dein Processibus in eadem matritensi Curia constructis, de eorum iuridica vi decretum fuit die 18

Decembris anno 1929. Servatis tandem inris praescriptis, in Antepraeparatoria Congregatione, coram Rmo Cardinali Carolo Salotti, Causae Ponente seu Relatore, die 28 Iulii anno 1936, pertractatum fuit de virtutibus in gradu heroico, quod iterum actum est die 6 Iulii subsequente anno in Praeparatorio Coetu coram Rmis Patribus Cardinalibus, ac novissime in Generali coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI, die 11 Ianuarii mensis anni huius, in quo idem Rmus Dominus dubium discutiendum proposuit : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate turiti in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.* Revmi Domini Cardinales, Praelati Officiales ac Consultores theologi suum quique suffragium dedere. Sanctissimus autem Dominus noster antequam suum iudicium proferret hortatus est adstantes, ut caeleste lumen effusis precibus una Secum implorarent.

Hodierna vero die 23 Ianuarii, dominica tertia post Epiphaniam, Sacro pientissime litato, Revmos Cardinales accersivit Camillum Laurenti, Sacrae Rituum Congregationis Praefectum atque Carolum Salotti, Causae Ponentem seu Relatorem, itemque R. P. Salvatorem Catucci, Sanctae Fidei Promotorem Generalem et me infrascriptum Secretarium, iisque adstantibus solemniter pronunciavit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis Venerabilis Servae Dei Mariae Desolatae Torres Acosta in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.*

Quod decretum vulgari et in Acta S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 23 Ianuarii a. D. 1938.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

SANCTI HIPPOLYTI

NULLITATIS MATRIMONII (ROTHENTHAL-RESPALDIZZA)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dominae Baronissae Carolae Rothenthal e gente Respaldizza, iri càusa conventae, eandem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria, 94) die 3 Iunii 1938, hora 11,30, ad concordandum dubium, vel. infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causa definitione :

An sententia Rotalis diei lk Martii 1935 confirmanda vel infirmanda sit in casu:

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praefatae Dominae Carolae Respaldizza, curare debent ut de hac edictali citatione ipsa moneatur.*

Iulius Grazioli, Decanus, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 2 Aprilis 1938.

I. Pendola, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Caroline Rothenthal de la Maison des Respaldizza, défenderesse en cette cause, nous la cintons à comparaître par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, 94) le 3 juin 1938, à 11 heures et demie, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessus rapporté et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Doit-on confirmer ou casser la sentence Rotale du 1I¡. mars 1935 dans cette cause?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Caroline Rothenthal devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RIT!

Martedì, 5 aprile 1938, all'augusta presenza del Santo Padre, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Consultori teologi, facenti parte della stessa S. Congregazione, hanno dato il loro voto su due miracoli che si asseriscono operati da Dio ad intercessione della Venerabile Serva di Pio Maria Giuseppa Rossello, del Terz'Ordine di S. Francesco, Fondatrice dell'Istituto delle Figlie di Nostra Signora della Misericordia,

Martedì, 26 aprile 1938, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signóri Cardinali, i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno discusso in seduta *preparatoria sulle* virtù del Ven. Servo di Dio Giovanni Battista di S. Michele Arcangelo, Sacerdote professo, fratello di S. Paolo della Croce e Confondatore della Congregazione dei Chierici Scalzi della Ssma Croce e Passione di N. S. G. C. (Passiohisti).

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

2 aprile 1938. Il sig. Marchese avv. Carlo Pacelli, *Consigliere Generale dello Stato della Città del Vaticano.*

13 » » l'Emo e Revmo Signor Cardinale Ermenegildo Pellegri: netti, *Membro della S. Congregazione dei Riti.*

li » » Il Revmo P. Agostino Darmanin, O. P., *Consultore della Commissione Pontificia per la interpretazione autentica del Codice di Diritto Canonico.*

25 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Ermenegildo Pellegrinetti, *Membro della S. Congregazione de Propaganda Fide.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

9 marzo 1938. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore della Società del Divin Salvatore.*

23 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Maglione, *Protettore dell'Istituto delle Ancelle della Carità di Brescia.*

25 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Federico Tedescumi, *Protettore dell'Istituto a Servantes de Jésus dans le Très Saint Sacrement* » (Tolosa).

29 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Angelo Maria Dolci, *Protettore dell'Istituto delle Terziarie Francescane della B. Angelina* (Roma).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro FumasoniBiondi, *Protettore della Primaria Associazione della Ssma Croce, eretta nella Basilica Sessoriana.*

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Caccia Dominioni, *Protettore della Società di S. Giuseppe di Mill Hill.*

6 aprile » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Carlo Salotti, *Protettore dell'Istituto delle Figlie del Buon Salvatore di Caen* (Bayeux).

12 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Federico Tedescumi, *Protettore dell'Istituto delle Suore Francescane di S. Maria degli Angeli di Angers.*

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Francesco Marmaggi, *Protettore del Monastero delle Oliate Agostiniane di Maria Ssma dei Sette Dolori* (Roma).

21 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Federico Tedeschini, *Protettore della Società Antischiavista Italiana.*

» » » S. E. Revma Monsig. Ettore Felici, Arcivescovo tit. di Corinto, *Nunzio Apostolico in Iugoslavia.*

Assistente al Soglio Pontificio:

24 gennaio 1938. S. E. Revnia Monsig. Giovanni Naslian, Arcivéscovo titolare di Tarso degli Armeni.

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

9 luglio 1937. Monsig. Giuseppe Vincenzo Castro, dell'archidiocesi di Bogota.

21 febbraio 1938. Monsig. Gabriele Jarrosson, dell'archidiocesi di Lione.

21 febbraio 1938. Monsig. Michele Pion, della medesima archidiocesi.
21 » » Monsig. Enrico Merizzi, della diocesi di Borgo S. Sepolcro,
23 marzo » Monsig. Edoardo Erle Willet, dell'archidiocesi di Louis - ville.
30 » » Monsig. Garlo Oberdoerfer, dell'archidiocesi di Colonia.

Prelati Domestici di Sua Santità:

20 ottobre 1937. Monsig. Armando Lacerda, dell'archidiocesi di S. Sebastiano di Rio de Janeiro.
8 gennaio 1938. Monsig. Attilio Balzi, dell'archidiocesi di Spoleto.
» . » » Monsig. Giovanni Marsal, della diocesi di Perpignano.
» » » Monsig. Tommaso MacDonald, dell'archidiocesi di Armagh.
i febbraio » Monsig. Adolfo Moni, della diocesi di Giavarino.
» » » Monsig. Giovanni Ragats, della medesima diocesi.
8 » » . Monsig. Carlo Corvaglia, della diocesi di Gallipoli.
li » » Monsig. Alberto Meyers, dell'archidiocesi di Milwaukee.
» » Monsig. Arturo M. Dentiger, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni Landi, dell'archidiocesi di Bologna.
21 » » Monsig. Giacomo Ukmar, della diocesi di Trieste.
» » . » Monsig. Carlo Piciulin, dell'archidiocesi di Gorizia.
21 » » Monsig. Lorenzo Ciccone (Roma).
28 » » Monsig. Giovanni J. Connolly, dell'archidiocesi di Detroit.
9 marzo » Monsig. Arturo Tommaso Armstrong, della diocesi di Gibilterra. •
13 » » Monsig. Stanislao Zela, dell'archidiocesi di Olomouc.
» » » Monsig. Giuseppe Foltynovsky, della medesima archidioc.
li » » Monsig. Giovanni Pietro Rivière, della diocesi di Carcas - sonne.
20 » » Monsig. Riccardo S. Kelly, dell'archidiocesi di Chicago.
» » » Monsig. Teodoro Czastka, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni J. Dennison, della medesima archidioc.
23 » » Monsig. Tommaso Giuseppe Hayes, della diocesi di O ven s - boro.
» « » Monsig. Ugo O'Sullivan, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Patrizio Giovanni Walsh, dell'archidiocesi di Louis ville.
» » » Monsig. Carlo Pietro Raifo, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Francesco Feiten, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Rodolfo Carlo RufiE, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Daniele Antonio Driscoll, della medesima archidiocesi.

25 marzo 1938. Monsig. Emilio Pallavicino, della diocesi di Parma.
» » » Monsig. Giuseppe Bregliani, della diocesi di Vigevano.
28 » » Monsig. Pietro Sfair, della diocesi di Damasco dei Maroniti.
» » » Monsig. Felice Bonomini, della diocesi di Brescia.
4 aprile » Monsig. Gaetano Varone, della diocesi di Castellammare di Stabia.
» » » Monsig. Giovanni Giuseppe Santader Piernavieja, della diocesi di Pamplona.
» » » Monsig. Tommaso Azcarate, Pardo, della medesima diocesi. •
8 »)> Monsig. Federico Salvati, dell' archidiocesi di Sorrento.
25 » » Monsig. Angelo Di Tomaso, della diocesi di Amelia.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

23 dicembre 1937. A S . E. il Conte Franco Ratti di Desio, Presidente del Consiglio Centrale del Governatorato della Città del Vaticano.
10 marzo 1938. A S. E. il Dott. Karlis Ulmanis, Presidente della Repubblica di Lettonia.
22 » » Al Principe Don Enrico Barberini di Palestrina (Roma).

La Commenda dell'Ordine Piano:

12 febbraio 1938. Al sig. Conte Giuseppe Salimei, Esente della Guardia Nobile Pontificia.
31 marzo » Al sig. dott. Edoardo Jelen (Cecoslovacchia).

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

12 febbraio 1938. Al sig. Conte Ludovico Gazzoli, Capitano della Guardia Nobile Pontificia.
28 » » Al sig. Edoardo Gabardi, della diocesi di Brescia.

La Gran Croce dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile :

22 febbraio 1938. A S. E. il sig. avv. Don Demostene Arosemena, Presidente della Repubblica del Panama.
25 » » A S. E. il sig. avv. Don Leone Cortes, Presidente della Repubblica di Costarica.
9 marzo » Al sig. Conte Adolfo Di Bniú Bninski, dell'archidiocesi di Posnania.

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

lo febbraio 1938. Al sig. Barone comm. Camillo Edmondo Carlo de Warenghien de Flory, dell'archidiocesi di Cambrai.

La Commenda con Placca dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

18 gennaio 1938. Al sig. dott. Giuseppe Bruni (Italia).
20 febbraio » Al sig. ing. dott. Carlo Holey, dell'archidiocesi di Vienna.
22' » » Al sig. Enrico Kuijpers, della diocesi di Haarlem.
31 marzo » Al sig. dott. Arturo Maixner (Cecoslovacchia).

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, Classe civile:

18 gennaio 1938. Al sig. dott. Arduino Giovannangeli (Italia).
1 febbraio » Al sig. Tommaso Leonetti, della diocesi di Andria.
15 ». » Al sig. Andrea Voituriez, dell'archidiocesi di Cambrai.
25 » » Al sig. dott. Paolo Tariel, dell'archidiocesi di Parigi.
28 » » Al sig. Gaetano Tomé, della diocesi di Brescia.
marzo Al sig. dott. Pietro Ravier du Magny, dell'archidiocesi di Lione.
8 » Al sig. Mceforo Dabrowiecki, dell'archidiocesi di Posnania.
9 » » Al sig. rag. Mario Calvelli, dell'archidiocesi di Firenze.
11 » » Al sig. Marchese Vittorio Negrone, dell'archidiocesi di Genova.

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

21 febbraio 1938. Al sig. Francesco Maria Rouppe van de Voort, della diocesi di Bois le-Duc.
» » Al sig. Leone Poncet, della diocesi di Grenoble.
22 » Al sig. Guglielmo A. Grollenberg, della diocesi di Haarlem.
23 » » Al sig. Bartolomeo Burzio, dell'archidiocesi di Torino.
28 » Al sig. Emilio Rastoin, della diocesi di Marsiglia.
6 marzo Al sig. Natale Vernay, dell'archidiocesi di Lione.
» » » Al sig. Paolo Magnin, della medesima archidiocesi.
» » Al sig. Carlo Bertucat, della medesima archidiocesi.
» » Al sig. Pietro Exaltier, della medesima archidiocesi.
» Al sig. Antonio Tollet, della medesima archidiocesi.
» » Al sig. Carlo Mouterde, della medesima archidiocesi.
» » Al sig. Renato Biot, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Antonio Guerpillon, della medesima archidiocesi.
» » Al sig. Teodoro Perrin, della medesima archidiocesi.

6 marzo 1938. Al sig. Régis Mortamet, della medesima archidiocesi.
9 » » Al sig. Giuseppe Messayeh, del Patriarcato di Babilonia dei Caldei. *
12 » » AI sig. Giuseppe R. Broussard, della diocesi di Galveston.
16 » » Al sig. Gerardo Kamerbeek, della diocesi di Haarlem.
26 » » Al sig. avv. Angelo Caratello, dell'archidiocesi di Ancona.
» » » Al sig. dott. Vincenzo Porta, della diocesi di Vicenza.
» » » Al sig. dott. Felice Saggiorato, della medesima diocesi.
)) » » Al sig. dott. Filippo Magi (Roma).
» » » Al sig. Carlo Maslen, dell'archidiocesi di Westminster.
30 » » Al sig. Conte Gilberto de Chambrun, addetto dell'Ambasciata di Francia presso la S. Sede.

La Gran Croce dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe militare:

20 febbraio 1938. A S. E. il sig. Generale Don Anastasio Somoza, Presidente della Repubblica del Nicaragua.

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe militare:

12 febbraio 1938. Al N. H. sig. Agostino Sacconi, Cadetto delle Guardie Nobili Pontificie.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

7 marzo 1938. Al sig. Tenente Colonnello Medico Luigi Gosswiller, dell'archidiocesi di Lione.

La Gran Croce dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:

22 febbraio 1938. A S. E. il sig. dott. Don Manuel Cordero Reyes, Ministro degli Esteri della Repubblica del Nicaragua.
» » » A S . E. il sig. Don Giuseppe E. Lefevre, Ministro degli Esteri della Repubblica del Panama.
25 » » A **s.** E. il sig. avv. Don Tobia Zúñiga Montúfar, Ministro degli Esteri della Repubblica di Costarica.
10 marzo » A S. E. il sig. prof. Augusto Tentelis, Ministro della Pubblica Istruzione della Repubblica di Lettonia.
» » » A S . E. il sig. Vilis Gulbis, Ministro dell'Interno della Repubblica di Lettonia.
» » » A S. E. il sig. prof. Luigi Adamovics, già Ministro della Pubblica Istruzione della Repubblica di Lettonia.
31 » » Al sig. dott. Francesco Havelka (Cecoslovacchia).

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

18 gennaio 1938. Al sig. dott. Ercole Vellani (Italia).
27 » » Al sig. Géza Szalay, dell'archidiocesi di Agria.
22 febbraio » A S. ;E. il sig. Giovanni Battista Chevalier (Panama).
;) » » Al sjg. Sii vino Rangel De Castro (Brasile).
10 marzo » Al sig. prof. Martino Primanis (Lettonia).
» » » Al sig. prof. Giulio Auskaps (Lettonia).
» » » Al sig. Janis Tepfers (Lettonia).
31.... » » Al sig. dott. Cenék Sofferle (Cecoslovacchia).

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

18 gennaio 1938. Al sig. Giovanni Rocca (Italia).
16 febbraio » Al sig. ing. Luigi.Candiani, della diocesi di Treviso.
28 » » Al sig. dott. Giovanni Lénárd, della diocesi di Veszprimia.
7 marzo » Al sig. Remo Cane, della diocesi di Novara.
» » » Al sig. Alfredo Cane, della medesima diocesi.
» » » Al sig. prof. Giovanni Cazzulani, della diocesi di Lodi.
9 » » Al sig. Pietro Giani, dell'archidiocesi di Firenze.
10 » » Al sig. prof. Karlis Straubergs (Lettonia).
» » » Al sig. Edoardo Dimìns (Lettonia).
» » » Al sig. Guglielmo Kalnins (Lettonia).
12 » » Al sig. dott. Giuseppe Pollicina Arcidiacono, della diocesi di Cuneo.
14 » » Al sig. Francesco Bertoni, della diocesi di Bova.
31 » » Al sig. dott. Filoteo Ricci, della diocesi di Vasto.

Il Cavalierato dell'Ordine di S, Silvestro Papa:

24 settembre 1937. Al sig. dott. Giuseppe Langer, della diocesi di Secovia.
14 febbraio 1938. Al sig. Giuseppe Zamboni, dell'archidiocesi di Bologna.
» » » Al sig. Mario Pasquali, della medesima archidiocesi.
24 » » Al sig. Antonio Troya, dell'archidiocesi di Torino.
4 marzo » Al sig. Aurelio Malgherini, della diocesi di Andria.
9 » » Al sig. Fattohi Shemoun, del Patriarcato di Babilonia dei Caldei.
23 » » Al sig. Salvatore Grasso, della diocesi suburbicaria di Velletri.
» » » Al sig. Ignazio Fongoli (Roma).
» » » Al sig. Ambrogio Molla, dell'archidiocesi di Siracusa.
26)) » Al sig. Luigi Fiorini,, dell'archidiocesi di Ancona.
» » » Al sig. Plinio Canonici, della medesima archidiocesi.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti Soprannumerari di 8. 8.:

i	marzo	1937.	Monsig. Giovanni Grego, della diocesi di Trieste.
28	luglio	»	Monsig. J. Donaldo Cónway, della diocesi di Davenport.
9	dicembre	»	Monsig. Giuseppe Mendes, della diocesi di Ribeirao Preto.
5	gennaio	1938.	Monsig. Paolo Hindo, del Patriarcato di Antiochia dei Siri.
»	»	»	Monsig. Hanna Ezzo, del medesimo Patriarcato.
20	»	»	Monsig. Giuseppe Jankovics, della diocesi di Giavarino.
»	»	»	Monsig. Pietro Piazza, della diocesi di Brescia.
3	febbraio	»	Monsig. Giovanni Pezzi, della diocesi di Faenza.
»	»	»	Monsig. Salvatore Baldassari, della medesima diocesi
»	»	»	Monsig. Bonaventura Jovene, dell'archidiocesi di Amalfi.
10	»	»	Monsig. Pietro Barbieri, della diocesi di Vigevano.
»	»	»	Monsig. Tito Ferraioli, della diocesi suburbicaria di Palestrina.
,)	»	»	Monsig. Giovanni Battista Mura, dell'archidiocesi di Cagliari.
»	»	»	Monsig. Efisio Migoni, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Carlo Isotti, della diocesi di Fano.
21	»	»	Monsig. Ambrogio Marchioni, dell'archidiocesi di Napoli.
»	»	»	Monsig. Giovanni Battista Scapinelli di Léguigno, della diocesi di Massa Carrara.
»	»	»	Monsig. Romolo Carboni, della diocesi di Fano.
»	»	»	Monsig. Angelo Abbo, della diocesi di Albenga.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Latini, della diocesi di Teramo.
»	»	»	Monsig. Giulio Albani, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Roberto Canepone, della diocesi di Amelia.
10	marzo	»	Monsig. Amasio Bonomi, della diocesi di Ferentino.
24	»	»	Monsig. Dante Giorgetti, della diocesi di Orvieto.
»	»	»	Monsig. Pacifico Brozzi, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Corso, della diocesi di Nicotera.
»	»	»	Monsig. Michele Gallo, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Francesco Pugliese, della diocesi di Tropea.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Casaburi, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Ugo Mori, della diocesi di Pescia.
30	»	»	Monsig. Salvatore Podo, dell'archidiocesi di Otranto.
»	»	»	Monsig. Angelo De Luca, della medesima archidiocesi.
7	aprile	»	Monsig. Giuseppe Bronzini, della diocesi di Ivrea.
14	»	ï>	Monsig. Davide Alberto Petry, dell'archidiocesi di Nuova York.

Camerieri Segreti Soprannumerari di Spada e Cappa di S. S.:

6 gennaio 1938. Il sig. Conte Stefano Dambski, della diocesi di Premislia dei Latini.
19 marzo » Il sig. Conte Ugo Strachwitz, dell'archidiocesi di Olomouc.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

18 dicembre 1937. Monsig. Giovanni Herezeg, dell'archidiocesi di Vienna.
21 febbraio 1938. Monsig. Giuseppe Cupi, della diocesi di Montefeltro.
» » » Monsig. Rodolfo Bibenwein, dell'archidiocesi di Vienna.
3 marzo » Monsig. Corrado Lazzeri, della diocesi di Arezzo.
21 » » Monsig. Mario Picco, dell'archidiocesi di Torino.
» » » Monsig. Antonino Ribaudo, delParcliidiocesi di Palermo.

Camerieri d'onore soprannumerari di Spada e Cappa di S. S.:

13 gennaio 1938. Il sig. Francesco Sabrán, dell'archidiocesi di Lione.
» » » Il sig. Alberto Cotte, della medesima archidiocesi.
24 febbraio » Il sig. Filippo Spada (Roma).
» » » H sig. Augusto Onorio Frascari Diotallevi (Roma).

Cappellano d'onore extra Urbem *di S. S.:*

10 febbraio 1938. Monsig. Alessandro Gavio, della diocesi di Tortona.

NECROLOGIO

1 aprile 1938. Monsig. Giuseppe Giov. Rice, Vescovo di Burlington.
5 » » Monsig. Ludovico Termier, Vescovo di Tarantasia.
21 » . » Monsig. Alessandro Le Roy, Arcivescovo tit. di Cariana.
2 maggio » Monsig. Meola Jezzoni, Vescovo tit. di Sebaste di Palestina.
5 » » Monsig. Giorgio Delrio, Arcivescovo di Oristano.

An. et vol. XXX 10 Iunii 1938 (Ser, II, V.T) - Num. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP, XI

NUNTIUS RADIOPHONICUS

A BEATISSIMO PATRE, DIE XXIX MENSIS MAII ANNI MCMXXXVIII, AD URBEM BUDAPESTINUM DATUS AD EXITUM CONGRESSUS UNIVERSALIS XXXIV EUCHARISTICI.

Venerabiles Fratres, dilecti Filii. — Dum datur Nobis, per mirandum radiophonicae artis inventum, paterna illa caritate, quae longinqüitates omnes exsuperat, quasi praesentes vos alioqui, videmur Nobis ad urbem Hungariae principem quasi redire;, quandoquidem multis,abhinc annis Budapestinum invisimus, ac non modo rerum gestarum monumenta, sed avitam etiam actuosamque Hungarorum fidem, summa cum animi delectatione, admirati sumus.

Grata utique adhuc subit recordatio animum : res nempe, memoriae gloriaeque vestrae, post diuturnum aetatis intervallum, veluti, ante oculos reviviscunt, atque iterum vehementi Nos admiratione çommovent. Equestrem S. Stephani, Apostolici Regis, statuam in piscatorum aggere erectam adhuc mente suspieimus; atque ille videtur Nobis genti suae perpetuo benedicere, eamque, in tutelam suam receptam, servare incolumem, regere, caelesti ope iuvare. Sanctum Stephanum dicimus, qui Beato Petro, in Successore suo per omne aevum viventi, Regnum obtulit suum, et non nisi ab eo regiam voluit obtinere potestatem:

Ac sanctissimi iuvenis Emerici, eius filii, qui in ipso aetatis flore ad supernam patriam evolavit, piissimam vitam suavesque mores recordamur; eumque — quemadmodum paucis ante annis, nono exeunte saeculo ab eius obitu — catholicae iuventuti iterum ad imitandum proponimus.[1]

[1] CFR. A. A. 1930, PP. 323 et 390.

Itemque tot Nostro obversantur animo viri ac mulieres e Natione vestra, qui — ut nominatim Sancta Elisabeth ac S. Ladislaus Rex — evangelica virtute praestantes, suae. cuiusque; vitae: nitore praeclarisque exemplis Hungariam illustrarunt, eamque quasi invictum propugnaculum effecerunt adversus christiani nominis civilisque Europae cultus impugnatores.

Ad vos igitur primum, carissimi Hungariae filii, animum convertimus Nostrum; vobisque, una cum divinis muneribus, quae supernam vitam aiunt, non modo illam a Deo ominamur pacis tranquillitatem, sine qua ipsa veri nominis pax consistere non potest, sed, debitam etiam Hungarorum genti, pacis dignitatem.

Ac dein vobis, singulis universis, Eucharisticum ex omnibus Nationibus Congressum Budapestini celebrantibus, paterno ex animo benedicimus; dumque Redemptor Noster, Eucharisticis velis delitescens, at fidei oculis quasi adspectabilis, summum agit triumphum, eum una vobiscum suppliciter adprecamur ut haec, quae non desunt, solacia, ut hanc, quam mente praecipimus, meliorum temporum spem, divina ope sua foveat, augeat, confirmet : itemque eam, qua tantopere angimur, animorum perturbationem obscurationemque, depulsis caelo nubibus, quae novas tempestates portendere videntur, supernis suae lucis radiis suaeque gratiae muneribus collustrare ac sedare benigne velit.

Peculiarem vero Benedictionem carissimo Hungariae clero populoque impertimus; iisque bene omnia precamur, qui Apostolici istius Regni gubernacula moderantur, quique, in Nostro a Latere Legato personam respicientes Nostram, eum tam honorifice exceperunt, atque alacrem contulerunt concordemque operam ad felicem Congressionis exitum.

Faxit Deus ut Eucharisticus Conventus vester, caritate in omnium animis excitata, quae totius Evangelii quasi compendiaria lex iure meritoque dicitur, uberes edat felicesque fructus; non caducos eos quidem, sed perpetuo mansuros. Avitam fidem alat, supernorum spem bonorum augeat, ac divini amoris flammam, christianae virtutis effectricem, ita foveat atque enutriat, ut ii etiam, qui a Christo Domino miserrime aberraverint, bonorum exemplo permoti, ad amantissimum eius amplexum auspicato reducantur.

Et Benedictio Dei Omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, descendat super vos et maneat semper.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

CRYPTOFERRATEN.

CR Y PTOPERRATEN SE COENOBIUM PROPE URBEM IN ABBATIAM «NULLIUS», SEU MONASTERIUM EXARCHICUM, ERIGITUR, MONACHIS BASILIANIS RITUS BYZANTINI CONCREDITUR ET EIUSDEM FINES, IURA AC PRIVILEGIA STATUUNTUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Pervetustum Cryptaeferratae Coenobium, quod, licet inter latinas gentes ac prope Urbem ipsam positum, inde ab exordio byzantinum ritum adhuc usque servavit, Romanorum Pontificum erga orientales Ecclesias propensissimi animi praeclarum semper exhibuit testimonium. Quod quidem animo volvèntes, ex quo Nos inscrutabili Dei consilio ad Petri Sedem evecti sumus, non mediocri gavisi sumus gaudio sub peculiari Nostro patrocinio Coenobium illud recipere, quod, saeculo decimo primo ineunte a Divo Nilo Iuniore conditum, temporum decursu magis in dies floruit, veluti orientalis fulgidissima gemma in Romani Pontificis tiara inserta. Nos enim fugere non poterat Abbatiae illius historiam cum Romanae Ecclesiae arctissime semper coniunctam fuisse, eamque Praedecessores Nostros plurimis cumulasse privilegiis et honoribus, quibus et christifidelibus venerabilior redderetur et ad exoptatam Ecclesiarum orientalium cum Apostolica Sede unionem promovendam aptior fieret. Huius pontificiae erga Oryptoferratense Coenobium dilectionis non unum in medium proferri potest exemplum; sed, ut proximiores tantum aevi res breviter attingamus, memorare Iubet cl. m. Leonem Papam Tertium Decimum, qui in Abbatia illa et byzantini ritus integritatem instauravit et monasticam disciplinam ad S. Basilii Magni regulas propius restituit, et auctor fuit ut ubique gentium evulgarentur ingenuarum artium opera, quibus pia fidelium devotio S; Mariae Cryptaef erratae Basilicam ditavit, ad quam illi Roma, ex Latio, ex ipsis remotis Orientis byzantini regionibus omni tempore frequentes confluxerunt. Nec minor fuit in Coenobium ipsum tam s, m. Pii Papae Decimi munificentia, quam fel. rec. Benedicti Papae Quinti Decimi apo>-

stolica sollicitudo, qui in illo Pontificium Seminarium Graecum-Albanense instituit ac sollertibus commisit S. Basilii Monachorum curis. Quibus Praedecessorum Nostrorum vestigiis Nos ipsi insistentes, eademque apostolica caritate permoti, peculiaris Nostrae in Coenobium illud dilectionis sollemne praebere testimonium statuimus, quo omnibus pateat Eomanum Pontificem una cum Ecclesia universa certam fovere spem, per incensum Monachorum S. Basilii Cryptaeferratae studium et sollertem industriam, omnes byzantini ritus fideles, quondam cum Petri Sede coniunctissime devinctos, postea vero ab ea lucrosissimo schismate avulsos, ad Catholicae Ecclesiae unitatem tandem aliquando adduci posse. Sciant inde omnes Nos magni facere eorumdem Monachorum praeclarae doctrinae opera, impensos in artibus ingenuis labores ac potissimum in byzantina melurgia, ad quam investigandam tanto doctissimi viri ingenii acumine intendunt. Ab ipsa namque Abbatia, in qua, ut omnes norunt, percelebris exstat bibliotheca, insignibus manuscripti^ codicibus minio pictis copiose instructa, plurima opera Laude dignissimi eduntur tum ad typographicam artem polyglottam, tum ad graecam paleographiam, tum ad picturas graeco more minio ductas pertinentia; illic demum magna cum studiorum utilitate officina existit ad codices librosque instaurandos, temporis hominumque iniuria depravatos. Quae omnia prae oculis habentes, at in animarum bonum praecipue intendentes, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi pro Ecclesia Orientali praepositorum consulto, audito quoque venerabili Fratre Nostro Francisco S. R. E. Cardinali Marchetti Selvaggiani, suburbicariae dioecesis Tusculanae Episcopo, in qua Cryptaferrata oppidum exstat, re mature perpensa, Coenobium ipsum ad maiorem dignitatis gradum provehere statuimus. Suppleto igitur quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Cryptoferratense quod supra memoravimus Coenobium in Abbatiam *nullius dioeceseos,* seu Monasterium Exarchicum, eodem servato S. Mariae Cryptaeferratae nomine, extollimus, erigimus et constituimus, quam Nobis et Sanctae Sedi immediate subiectam volumus ac declaramus et Monachis Basilianis ritus byzantini concredimus. Huius autem novae Abbatiae *nullius* territorium, iam e dioecesi Tusculana distrac tum, hisce in praesenti delimitatur finibus, nempe via Iuliano Della Rovere, vulgo *della Cartiera* nuncupata, ponte Castri, moenibus valli, semita inter praedium Sororum Franciscanum Missionariarum a B. M. V. et fundum Abbatiae, et oliveto ad familiam Mazzanti nunc spectante. Statuimus insuper ut Abbatiae istius Abbas sit Archimandrita pro tempore Congregationis Italicae

Monachorum Basilianorum. Novae porro Abbatiae *nullius* S. Mariae Cryptaeferratae, eiusque pro tempore Abbatibus seu Archimandritis, quamvis Abbatia ipsa tribus saltem iure requisitis paroeciis careat, ex peculiari gratia, non obstante canonis 319, § 2, C- **I.** O. praescripto, omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae Abbatiae *nullius* earumque Praesules iure communi per orbem fruuntur, quorum officiis et oneribus ipsi quoque erunt adstricti. Ecclesia Abbatialis sicut antea erit Basilica S. Mariae a Gratiis Cryptaeferratae, in qua Abbatis seu Archimandritae sedem Agimus, omnibus eidem servatis honoribus et privilegiis, quae saeculorum decursu a Summis Pontificibus ipsi conlata sunt. Decernimus insuper ut ad Archimandritae seu Ordinarii onera sustinenda Congregatio Italica quam supra diximus Monachorum Basilianorum mensam aliquam illi pro viribus praestet. Volumus autem ut nulla ratione fas sit quamlibet territorii abbatialis partem infra descriptos antea fines contenti alienare seu cedere, sive venditione, sive locatione, sive alio modo absque Apostolicae Sedis facultate; ita ut si aliqua illius territorii partis cessio sine Apostolicae Sedis venia evenerit, cessio ipsa invalida prorsus et illicita habeatur. Nihil vero innovetur quoad paroeciae ritus byzantini praefatae Ecclesiae S. Mariae iura et onera, iuxta quae Decreto *Quanta Romanorum,* a S. Congregatione pro Ecclesia Orientali die undevicesima Maii mensis, anno millesimo nongentesimo undetrigesimo edito, a Nobis statuta sunt. Firmum autem manere volumus ius Monachis Basilianis sacras ter in anno processiones ducendi per publicas Cryptaeferratae vias, si ipsis placeat, nimirum die vicesima secunda Augusti mensis, idest in festo leonis S. Mariae, in sollemnitate S. Nili Iunioris, Cryptaeferratae oppidi Fundatoris et Protectoris, et vespere feriae sextae maioris hebdomadae; Ordinarius attamen Archimandrita de ipsis processionibus ducendis Cardinalem Episcopum Tusculanum quotannis certiorem faciat. Ad quae omnia ut supra disposita et constituta exsecutioni mandanda venerabilem Fratrem Petrum Pisani, Archiepiscopum titularem Tomitanum et Pontificio Solio Adsistentem, delegamus eidemque facultates necessarias et opportunas tribuimus etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum et cum onere ad Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar quantocius transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque rata ac valida esse volumus et iubemus, Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis minime obstantibus. Nemini autem hanc paginam erectionis, constitutionis, derogationis, concessionis, statuti,

mandati et. voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis véro ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri ët Pauli se noverit incursurum. . ; /•• " '

Datum ex Aree Gandulfi; anno Domini millesimo nongentésimo trigesimo septimo, die sexta et vicesima mensis Septembris, in festo S. Nili Iunioris, Pontificatus Nostri anno sextodècimo. -

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. È.

EUGENIUS Card. TISSERANT
S. C. prò E'col. Orient, a Secretis

Alfonsus Carinci, *Protoni. 'Apost**
r > Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Proton,-. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. $n Cane. Ap., Vol. LVIII, n.58 **- A. Trussar&i.** , .

• *Il* . - •

TOKIENSIS

ARCHIDIOECESIS TOKIENSIS IN DUAS DIVIDITUR PARTES, QUARUM ALTERA ARCHIDIOECESIS TOKIENSIS TERRITORIUM EPPORMABIT ET EX ALTERA NOVA DIOECESIS « YOKOHAMAËNSIS » ERIGITUR, METROPOLITANAE ECCLESIAE TOKIENSI, SUFFRAGANEA.,

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM '

Quod iamdiu omnium erat in votis, ut nempe metropolitana laponiae Ecclesia Tokiensis, in ipsa Iaponici Imperii urbe principe *Tokio* apostolicis sub plumbo Litteris *Non maius Nobis,* a fel. rec. Leone Papa Tertiodecimo, Praedecessore Nostro, die quinta decima Iunii mensis anno millesimo octingentesimo nonagésimo primo erecta et constituta» clero indigenae regenda concrederetur, nunc tandem ad rem deduci posse visum est,; saltem partim, eo quod indigenae sacerdotes nondum tam frequentes-sint, ut, etsi animarum zelo aestuantes, spirituali illius amplissimae archidioecesis christifidelium curae et regimini pares sint. Nos

itaque, quibus id nihil antiquius erat; praehabito assensu propensrssimo tum venerabilis Fratris Ioannis Alexii Ghanibon, hucusque Tokiensis Archiepiscopi,, -.tum '**dilecti** filii Moderatoris Generalis : Societatis Parisiensis Missionum ad Exteras Gentes, quae Toklensem Ecclesiam per apostolicos diutinos labores fundavit hactenusque sibi commissam habuit, atque attento venerabilis Fratris Pauli Marella, Archiepiscopi'titularis Docleensis, in Iaponia Delegati Apostolici, favorabili voto; **omnibus** mature perpensis, Archidioecesim illam y territorii amplitudine redundantem, in duas dividere partes censuimus, quarum alteram Iaponehsi Clero gubernandam tradere, alteram vero iñ novam erigere dioecesim, praefatae Societati Parisiensi Missionum concredendam. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum, qui sua interesse praesumant consensu, de venerabilium Fratrum Nostrorum S.R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, ac de Nostrae apostolicae potestatis plenitudine, totum Archidioecesis Tokiensis territorium in duas dividimus partes; quarum altera *Tokio* urbem atque civiles praefecturas de *Tokio* ac de *Chiba* complectetur, et archidioecesis Tokiensis territorium posthac efformabit ; altera vero, reliquo territorio, civilibus nempe praefecturis, quae *Kanagatva, Shizuoka, Yamanashi, Nagano, Gumma Tòchigi^ Ibàraki et "Saitama* vulgo nuncupantur, constabit, eamque in novam erigimus **et** constituimus dioecesim, a *Yokohama* urbe *Yokohàmàënsem* appellandam. Metropolitanam autem Ecclesiam Tokiensem, ex hac ipsa die laponensis Cleri curis et regimini commissam volumus, certam foventes spem **id** in animarum bonum fideique incrementum per apostolicum indigenarum sacerdotum studium sane cessurum fore. Novam vero Yokohàmàënsem dioecesim Societati Parisiensi Missionum ad Exteras Gentes, quae in regione illa, uti antea diximus, pro Christi regiio prolatando strenue hucusque adlaboravit, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, concredimus. Novae huius **dioecesis** Yokohamaënsis sedem in *Yokohama* urbe constituimus, Episcopi vero cathedram in ecclesia Sacratissimo Cordi Iesu dicata in eadem urbe exstante **agimus**; eamque idcirco ad Cathedralis Ecclesiae gradum et dignitatem evehimus, et ipsi eiusque pro tempore Episcopis omnia tribuimus iura honores, insignia, favores, gratias et privilegia, quibus ceterae per orbem cathedrales Ecclesiae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent; eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceterae Cathedrales earumque Antistites adstringuntur. Novam insuper eandem dioecesim Yokohàmàënsem suffraganeam constituimus Metropolitanae Ecclesiae Tokiensi, eiusque pro tempore Episcopos metropolitico iuri

subiicimus Archiepiscopi Tokiensis. Usquedum insuper in Cathedrali Ecclesia Yokohamaènsi Canonicorum Capitulum constituatur, volumus ut ad iuris tramitem dioecesani Consultores seligantur et adhibeantur. Quod autem attinet ad novae huius dioecesis regimen et administrationem, ad mensae episcopalis dotem constituendam, ad Vicarii capitularis seu Administratoris Apostolici, sede vacante, electionem, ad iuvenum, qui ad clericalem statum vocati sint, institutionem, ad clericorum et fidelium iura et onera, aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones praescribunt. Mandamus insuper ut documenta omnia novam hanc dioecesim respicientia ab archidioecesis Tokiensis cancellaria novae dioecesis Yokohamaënsis curiae episcopali quamprimum fieri poterit tradantur, ut in eius archivo religiose serventur. Ad quae omnia ut supra disposita et constituta exsequenda venerabilem quem supra diximus Fratrem Paulum Marella, in Iaponia Delegatum Apostolicum, eligimus; cui propterea necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate Constitutum; eidemque onus imponimus ad S. Congregationem de Propaganda Fide authenticum exsecutionis actorum exemplar intra sex menses ab his Litteris datis transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexeogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas existere èt fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus denique et mandamus ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, commissionis, erectionis, subiectionis, mandati, statuti, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu teme-

ràrio hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die nona mensis Novembris, Pontificatus Nostri anno sexto decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FÜMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Iosephus Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LVIII, n. J$ **- Al. Trussardi.**

III

DE OUBANOTI-CHARI

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE OUBANGUI-ÇHARI IN VICARIATUM APOSTOLICUM EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Si christiana res in quavis Praefectura Apostolica notabilem sollicito Evangelii Praeconum studio, Deo auctore, progressum fecerit, dignum congruumque est, ut a Nobis Praefectura ipsa ad potiorem dignitatis gradum evehatur. Quum itaque res ita se habeat in Praefectura Apostolica de Oubangui-Chari in Africa Aequatoriali Gallica, Congregationis Sancti Spiritus curis concredita, in qua sedula et indefessa eiusdem Congregationis Missionalium opera, vel praepedientibus cuiusque generis difficultatibus, postremo praesertim hoc tempore, haud mediocria suscepta sunt incrementa, Nos, reiteratis dilecti filii illius Instituti Moderatoris Generalis precibus, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Christiano Nomini Propagando praepositorum consilio, Iubenti animo annuentes, Praefecturam illam de *Oubangui-Chari,* omnibus mature perpensis, ad Vicariatus Apostolici gradum et dignitatem promovere statuimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum, qui sua interesse praesumant consensu, de Nostrae apostolicae potestatis plenitudine, Praefecturam de *Oubangui-Chari* in

Vicariatum Apostolicum, eodem servato nomine, provehimus et erigimus, eumque, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, eidem Congregationi Sancti Spiritus, quae inibi tanto, uti antea diximus, apostolico zelo hucusque adlaboravit, etiam in posterum concreditam volumus. Novo propterea Vicariatui huic de *Oubanguv-Chari* eiusque pro tempore Antistitibus omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam nostram evectiohis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die secunda mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno sexto decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E,

P. Card. FUMASONI BIÒNDI
U.C. de Propaganda Fide Praef.

Iosephus Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton, Apost.*

Loco £ß Plumbi

Reg, in Cane. Ap., Vol. LVIII, n. *14* - **Al. Trussardi.**

IV

. .. , ITI£BI$.,,

TITULUS PRESBYTERALIS S. THOMAE IN PARIONE DE URBE IN ECCLESIAM SANCTAE MARIAE IN VALLICELLA TRANSFERTUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quum S. Thomae in *Parione* ecclesia de Urbe temporis iniuria minus decora evaserit, Nos, omnibus mature perpensis, congruum i sane duximus cardinallcium titulum, quo hucusque illa, decorata est,; ini paroecialem ecclesiam S. Mariae in *Vallicella* transferre, quae aedificii amplitudine, artis decore;, praeclaris potissimum S. Philippi Nerii, Urbis apostoli merito nuncupati, memoriis, immo et sacris eius exuviis in ipsa asservatis, atque inter viciniores ecclesias populi frequentia et pietate excellere videtur. ,

Quare, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, titulum, quo hactenus praefata ecclesia S. Thomae in *Parione* decorata est, in ecclesiam S. Mariae in *Vallicella* transferimus; eique propterea omnia tribuimus iura et privilegia, quae ceteris Romae ecclesiis cardinalicio titulo decoratis competunt, cum omnibus pariter oneribus et obligationibus, quibus illae adstringuntur. Contrariis non obstantibus quibuslibet, hoc decernimus, et volumus praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper existere et fore, suosque plenos et integros effectus sortiri et obtinere illisque, ad quos res spectat seu spectare poterit, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die duodevicesima mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno sexto decimo.

Er. TH. PIUS, O. P. Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E,

Fr. RAPHAËL C. Card. RÓSSI
S. C. Consistorialis a Sécrëtis

Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*
Vincentius Bianchi Cagliesi, *Pîfoton. Apost.*

Loco'® Plumbi

•Rßg, in Cane. Ap.,. Vol. LVIII, n. 81..

V

TRICHINOPOLITANA

DIOECESIS TRICHINOPOLITANA DISMEMBRATIO ET NOVA ERIGITUR DIOECESIS « MADURENSIS ».

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Si inter infideles populos dioecesis quaelibet, nimia plerumque territorii amplitudine redundans, per apostolicos Evangelii praeconum labores, Deo favente, et fidelium numero et fidei firmitate non mediocres profectus fecerit, spirituale dominici gregis bonum et regimen postulare videtur, ut illius dioeceseos territorium dividatur et nova illic erigatur dioecesis, alterius vigilantis Pastoris curis concredenda. Perutile autem existimamus, ut omnium est in votis, huiusmodi dioecesium regimen, quandocumque fieri poterit, clero indigenae committere, quippe qui suorum civium linguam et mores melius quam alii noscentes, eos ad Christi regnum facilius sane allicere valeant. Felicius itaque in dies augescente catholica re in dioecesi Trichinopolitana in Indiis Orientalibus, quae latissimo patet territorio, peropportunum visum est, ad maius illic Christifidelium bonum consequendum, in duas eam partes dividere, harumque alteram indigenae clero seculari concredere iuxta quod venerabilis Frater Ioannes Petrus Leonard, Episcopus Trichinopolitanus, consilium praebuit. De venerabilium igitur Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consulto, praehabito quoque venerabilis Fratris Leonis Petri Kierkels, Archiepiscopi titularis Salaminensis et in Indiis Orientalibus Delegati Apostolici, favorabili voto, Nos, omnibus mature perpensis, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, e dioecesi Trichinopolitana totum illius territorium separamus, quod sub Episcopi illius dicione in praesenti exstat, ac tamen ad civilem pertinet districtum de *Tinnevelly*, cum illa quoque parva regni de *Travancore* parte ad orientem sita montium *Ghats*, nec non ad districtus de *Ramnad* et de *Madura*, exceptis civilibus subdivisionibus, vulgo *taluks*, de *Paini* et de *Dindigul*. Quod quidem territorium ita distractum in novam dioecesim, *Madurensem* nuncupandam, erigimus et metropolitanae Ecclesiae Bombayensi suffraganeam constituimus eam-

que sodalibus Societatis Iesu, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, concredimus. Dioecesis vero Trichinopolitana, ita territorio imminuta, quinque posthac tantum civilibus subdivisionibus, seu *taluks,* constituetur, nempe de *Paini, Dindigul, Kulitalei, Trichinopoly* et *Kalattur,* illamque cleri secularis indigenae curis committimus. Sedem autem Episcopi Madurensis in *Madura* urbe, a qua dioecesis noviter erecta nuncupatur, constituimus, et cathedram episcopalem, quoadusque aliter provideatur, in ecclesia Beatae Mariae Virgini dicata, in eadem Urbe exstante, statuimus, quam proinde ad ecclesiae Cathedralis gradum et dignitatem extollimus cum omnibus iuribus et privilegiis, honoribus et praerogativis, quibus ceterae Cathedrales earumque Antistites iure communi fruuntur, et cum omnibus pariter adnexis oneribus èt obligationibus. Cum vero praesentis temporis adiuncta haud permittant, quominus in nova dioecesi Madurensi canonicorum Capitulum erigatur, indulgemus ut ad iuris tramitem pro canonicis dioecesani consultores interim eligantur et adhibeantur. Item donec dioecesanum seminarium constituetur, clerici in Trichinopolitanum seminarium instituendi mittantur. Quod autem ad novae dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi attinet, servanda iubemus, quae sacri canones praescribunt. Mandamus insuper ut documenta et acta omnia, novam dioecesim Madurensem respicientia, a Curia episcopali Trichinopolitana ad Curiam Madurensem quam primum tradantur, ut in eius archivo religiose serventur. Ad quae omnia ut supra disposita et constituta exsequenda venerabilem quem supra diximus Fratrem Leonem Petrum Kierkels, in Indiis Orientalibus Delegatum Apostolicum, deligimus, eique propterea tribuimus facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo^ agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, et illi onus facimus ad S. Congregationem de Propaganda Fide intra sex menses, ab his Litteris datis computandos, authenticum exemplar peractae exsecutionis actorum transmittendi. Volumus autem ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas tamquam ex certa scientia ac potestatis

plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere et si secus super bis & quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari irritum prorsus et inane esse et fore volumus: et decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusqüe Conciliis editis, specialibus vel generalibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis : quibus omnibus, etiam speciali mentione dignis, per praesentes derogamus. Nemini ergo hanc paginam dismembrationis, erectionis, subiectionis, decreti, concessionis, commissionis, mandati, derogationis, et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero hoc attentare ausu temerario praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo octavo, die octava mensis Ianuarii, Pontificatus Nostri anno sexto decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. ***C. de Propaganda Fide Praef.***

Iosephus Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Ludovicus Kaas, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco © Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LVIII, n. 68 **- Al. Trussardi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS DITATUR TEMPLUM IN LOCO « LAREN », INTRA ULTRAIECTENSIS ARCHIDIOECESIS FINES, IN HONOREM S. IOANNIS BAPTISTAE DEO DICATUM.

; PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. Archidioecesis Ultraiectensis intra fines", in loco *Laren* vulgo nuncupato, in honorem Sancti Ioannis Baptistae Deo dicatum est templum, quod magna antiquitate renidet. Venerabilis Frater autem Ultraiectensium Archiepiscopus refert ad nos templum ipsum apud collem exstare ubi Sanctus Willibrordus, qui, a beato

Sergio Papa Episcopus ordinatus, in Frisia et in Dania Evangelium praedicavit, primam in regione Aedem Sacram Deo dicavit. Hodierno in templo, molis amplitudine et magnificentia nec non artis operibus perpulcris conspicuo, divina officia sacraeque functiones debito splendore peraguntur, praesertim occasione Sollemnitatum, quae tum die Sanctissimi Corporis Christi tum die Nativitatis Sancti Ioannis Baptistae ibi celebrantur, eisdemque duabus festivitatibus ab antiquis temporibus christifideles peregrinorum more numerosissimis turnus ad Sacram memoratam Aedem conveniunt cum magno omnium spirituali emolumento. Ml mirum itaque si Venerabilis Frater Ultraiectensium Archiepiscopus enixas humilesque preces Nobis adhibuerit ut ipsum templum de *Laren* Basilicae Minoris honoribus privilegiisque decorare velimus, praecipue ut magis magisque in dies obsequium pietasque fidelium erga Augustissimum Eucharistiae Sacramentum augeantur. Nos vero, audito Dilecto Filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, votis Praesulis memorati benigne exceptis, certa scientia ac matura deliberatione, deque Apostolicae Nostrae Potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, templum in honorem Sancti Ioannis Baptistae Deo dicatum, Ultraiectensis Archidioecesis intra fines in *Laren,* titulo ac dignitate *Basilicae Minoris,* iuribus et privilegiis quae rite competunt adiectis, decoramus. Haec largimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinet, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die VIII m. Decembris, an. MCMXXXVII, Pontificatus Nostri decimo sexto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

- i •

'FEBETRANAE ET, SAHSiKATEISrSIS

DECRETUM

•DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

, Quum Apostolicae Sedi supplices preces oblatae fuerint, ut pro bono animarum paroecia S. Apollinaris in oppido *Paderno* a dioecesi Feretrana dismembraretur et dioecesi Sarsinatensi attribueretur, Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia Pp. XI, re mature perpensa, attento favorabili voto Excíñorum Ordinariorum utriusque dioecesis, praesenti Consistoriali Decreto, statuit ut praedicta paroecia S. Apollinaris in oppido *Paderno* a dioecesi Feretrana seiungatur atque dioecesi Sarsinatensi aggregete, mutatis hac ratione utriusque dioecesis finibus.

Ad haec autem exsecutioni mandanda eadem Sanctitas Sua deputare dignata est Exc. P. D. Theodorum Pallaroni, Episcopum Sarsinatensem, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur,' quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere quam primum remittendi ad Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 20 Februarii anno 1938.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. Ç& S.

V. Santoro, *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singula» quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die llf Aprilis 1988. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Selymbrianae praefecit Exc. P. D. Iosephum Lucianum Giray, hactenus Episcopum Lycopolitanum.

die 23 Aprilis. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Nicopsitanae, Exc. P. D. Iosephum Butt, hactenus Episcopum titularem Ecclesiae Alexandrinae minoris.

die 29 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae noviter erectae Liepaiensi, R. D. Antonium Urbss, parochum et vicarium foraneum in oppido *Ludza,* archidioecesis Rigensis.

die 7 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Thubunensi in Numidia, R. D. Emmanuelem Larrain Errazuriz, archidioecesis S. Iacobi in Chile, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Caroli Silva Cotapos, Episcopi Talcensis.

die llf Maii. — Cathedrali Ecclesiae Nicoletanae, R. D. Albinum Lafortune, dioecesis ^Ioliettensis.

— Cathedrali Ecclesiae Matanzensi, R. D. Albertum Martín y Villaverde, parochum in civitate Habana.

die 16 Maii. — Cathedralibus Ecclesiis invicem perpetuo unitis Tergestinae et Justinopolitanae Exc. P. D. Antonium Santin, hactenus Episcopum Fluminensem.

die '21 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Cacerensi R. D. Petrum Santos, parochum in oppido *Angeles* archidioecesis Manilensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Opuntiae, R. D. Ioannem Henricum King, Vicarium Generalem in dioecesi Portus Magni, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Guillelmi Timothei Cotter, Episcopi eiusdem dioecesis.

die 24 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Kielcensi, R. D. Ceslaum Kaczmarck, dioecesis Plocensis.

die 26 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Garanhunensi, R. D. Marium de Miranda Villas Boas, Vicarium Generalem dioecesis Aracajuensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Appianae, R. D. Bernardum Griffin, archidioecesis Birmingamiensis, quem deputavit Auxiliarem Excellentissimi P. D. Thomae Williams, Archiepiscopi eiusdem archidioecesis.

SACRA CONGREGATIO DE DISGIPIilNA SACRAMENTORUM

"\ ::m> SANCTISSIMA* 'EUCHARISTIA SEDULO CUSTODIENDA

1. - Nullo unquam tempore; ¡Apostólica Sedes locorum Ordinariis praesidia et cautelas suppeditare praetermisit, quibus Ssma Eucharistia, quae asservatur in nostris ecclesiis sive de iure communi sive ex indulto, diligenter custodiretur neve ulli profanationi obnoxia remaneret. Canonicae disciplinae praecepta, quae temporum decursu ad rem praestituere sategit, hodie recepta conspiciuntur in canone 126Í) Codicis Iuris Canonici, qui talia; habet : • • -.v

§ 1. *Sanctissima Eucharistici servari debet in tabernaculo inamovibili in media parte altaris posito.* < '•

§ 2. *Tabernaculum, sit affabre extruçtum-,. undequaque solide clausum, decenter ornatum ad, normam legum liturgicarum, ab omni alia re vacuum, ac tam sedulo custodiatur ut periculum cuiusvis sacrilegae profanationis arceatur.*

§ 3, *Gravi aliqua suadente causa ab Ordinario loci probata, non est vetitum sanctissimam Eucharistiam nocturno tempore extra altare, super corporali tamen, in loco tutiore et decenti, asservari, servato praescripto can. 1271.*

§ 4. *Clavis tabernaculi, in quo Sanctissimum Sacramentum asservatur, diligentissime custodiri debet, onerata graviter conscientia sacerdotis qui ecclesiae vel oratorii curam habet.*

2. - Huic S. Congregationi, cui disciplina septem Sacramentorum tuenda est commissa (can. 249), quaeque iam edidit Instructionem diei 26 Maii 1929[1] « *de quibusdam vitandis atque observandis in conficiendo Sacrificio Missae et Ssmae Eucharistiae Sacramento distribuendo et asservando* », opportunum visum est canonica praescripta in mentem omnium revocare, quibus Ssmae Eucharistiae asservandae grave sane munus incumbit, brevibus additis explicationibus, aliaque munimenta et media decernere, nostris temporibus magis accommodata, quibus Ssma Eucha-

[1] *Acta Ap. Sedis,* vol. XXI, p. 631 seq.

ristia sedulissime custodiatur et a quacumque iniuria integra praeservetur. -

3; - Fidelis observantia praeceptorum quorundam canonum (X I. O. valde confert ad optatum pernobilem finem attingendum/Animadvertatur prae primis duo sub gravi praecipi ut Ssma Eucharistia in ecclesia possit asservari : 1° *ut adsit qui eius curam habeat; 2° regulariter sacerdos semel saltem in hebdomada missam in sacro loco celebret* (can. 1265 § 1). Si vero quandoque Apostolica Sedes ob penuriam sacerdotum indulget ut sacrum quintodecimo quoque die dumtaxat ditetur ad sacras renovandas species, secluso semper earundem corruptionis periculo, nunquam tamen dispensat, immo instanter urget, ut habeatur persona quae die ac nocte Ssmi Sacramenti custodiae incumbat.[2]

Praeterea tria sunt prae oculis habenda in supra relato can. 1269 :

a) Ssíña Eucharistia asservari debet in tabernaculo inamovibili (§1) et undequaque solide claiiso (§2); ô) tabernaculum tam sedulo custodiendum est ut periculum cuiusvis sacrilegae profanationis arceatur (§2); *c)* clavis tabernaculi diligentissime sacerdoti custodienda est (§ 4). De singulis nonnulla sunt animadvertenda.

4. - *a) Tabernaculum sit inamovibile et undequaque solide clausum :* ab hoc praecepto per se gravi nec Episcopus valet dispensare nec ei consuetudo etiam centenaria et immemorialis derogare, excepto casu de quo in § 3, eoque iam tamquam primo praesidio consulitur securitati custodiae Ssniae Eucharistiae. Clausura vero undequaque absoluta secumfert ut ciborium sit confectum ex materia solida et firma. Equidem iuxta liturgicas leges tabernaculum extrui potest ex ligno, aut ex marmore aut ex metallo,[3] quae postrema materia est ceteris firmior; quod tamen magis interest, conficiatur oportet ex solida materia, singulaeque partes intime inter se cohaereant, reseratio maximam exhibeat securitatem ac fortiter ostiolo adhaereat, cuius cardines firmiter sint constituti ac dispositi, qui ipsum ciborio inserant. Nonnullis in locis Episcopi praescripserunt ad maiorem Eucharistiae securitatem ut ciborium ex integro metallo consisteret, quae quidem praescriptio, in locis ubi viget, absolute debet observari, ut docet Emus Card. P. Gasparri.[4] Optimum sane consilium foret si tabernaculum sit vera arca ferrea, quam vocant (vulgo *cassaforte, coffre-fort)* adeo ut nec peri orari nec efiringi possit mediis, quae ordinarie adhibentur a furibus, eaque validis ferréis seris altari arcte debet devin-

[2] **Cfr. S. R. C. resp. diei 17 Februarii 1881 ad Episcopum Altonen. (decretum n. 3527).**

[3] ***Caeremoniale parochorum iuxta novissimas A. 8. sanctiones concinnatum,* art. VII, *De tadernaculo,* etc., n. 9 ad 4.**

[4] ***De Ssma Eucharistia,* II, 263, n. 994.**

ciri in infimo eius gradu aut parieti adverso. Hae vero ferreae arcae aut in forma ciborii extrui debent, quae dein sunt marmoreo lapide contegendae ceterisque ornamentis eondecorandae, adeo ut speciem cuiusdam operis affabre confecti prae se ferant ad normam § 2 relati canonis; vel saltem ita conficiantur ut in tabernaculis iam exsistentibus possint immitti. Huiusmodi tabernacula « de securitate » (italice *di sicurezza)* nuncupantur. Ad quamlibet vero dubitationem auferendam quoad legum liturgicarum observantiam in hisce conficiendis tabernaculis attendatur responsio S. R. G. diei 1 April. 1908 ad preces sibi porrectas nomine Ordinariorum Provinciae ecclesiasticae Milvvaukien. in America sept. a quodam Sacerdote qui pro adprobatione exhibuerat novum tabernaculum solidissime extructum et quidem ita confectum ut nullimode repugnaret neque rubricis Ritualis Romani, neque eiusdem S. O. decretis : « Communicetur sacerdoti oratori responsum S. R. C. in casu simili datum sub die 18 Martii 1898 : nempe finem inventoris esse laudandum, negotium vero in casu et ad effectum de quo agitur, spectare ad ipsos locorum Ordinarios ».

Pariter in una Superioren., *de nova quadam custodia Ssmi Sacramenti:* Revmus Episcopus, quo securius procederet in approbando quodam tabernaculo, a S. R. C. reverenter expetivit : « an satisfaciat regulis liturgicis descripta forma ostii semicireularis, quod globulis impositum sine cardinibus volvitur, ita ut ex hac parte nihil obstet quominus ab Episcopo sacerdotibus commendetur vel debeat tabernaculum instrui ostio vel ianuis, quae cardinibus adhaereant atque ita volvatur » ; et S. Rituum Congregatio, requisito Commissionis Liturgicae suffragio, propositae quaestioni ita die 8 Maii 1908 respondere censuit : « In casu, per se nihil obstare, de cetero ad Revmum Episcopum ».

Equidem adhibitis hisce ciboriis solidissimis altero efficaci praesidio consulitur custodiae Ssmae Eucharistiae. Porro Sacra haec Congregatio onus non imponit huiusmodi comparandi tabernacula in ecclesiis, quae ordinariis sunt instructae ciboriis, dummodo reapse securitatis idonea praebeant argumenta, quamvis suadeat ut ea adhibeantur in ecclesiis noviter aedificandis : id vero enixe commendat Excmis Episcopis ut, pro eorum zelo erga Ssmum Sacramentum, pervigilent caveantque ut et ordinaria ciboria, quae usui sunt in ecclesiis eorum dioecesis, eam prae se ferant soliditatem ad omne periculum sacrilegae profanationis arcendum, illaque severissime amoveant tabernacula quae omnimodam certitudinem non ingerant de huius periculi absentia.

5. - *b) <(Tabernaculum tam sedulo est custodiendum ut periculum cuiusvis sacrilegae profanationis arceatur ».* Non sufficit ut in loco con-

sistat custos, satis non est nt ciborium tali sit praeditum firmitate ut neque terebra transfodi possit neque scalpro disiungi atque claustris adeo validis sit munitum, ut clavibus quoque adulterinis nequeat reserari: tertium praesidium a iure requiritur : *sedula* custodia. Porro haec vigilantia, continuo exercenda, plurimas complectitur cautelas et communes et extraordinarias, prout postulant locorum et temporum adiuncta.

Quod vero attinet ad custodem, hic, licet sit optandum ut sit clericus, immo sacerdos, non prohibetur quod sit laicus, *modo clericus respondeat de clam,* qua est reserandus locus ubi Eucharistia asservatur. Hunc prope locum moretur oportet diu noctuque, adeo ut celeriter compareat quando casus ferat, seu continenter vigilantiam exerceat : nunquam ecclesiam deserai tempore quo haec fidelibus patet et ab his magis deserta relinquitur, idque pressius est urgendum in urbium ecclesiis, ubi fures uti tales fidelibus ignoti per templa vagantes peregrinorum aut mendicantium habitu perattente momenta aucupantur, quibus vigilantia intercipitur et motu celérrimo, veluti ictu oculi, sacrilega furta perpétrant; aut loca invisunt, fores, fenestras, cancellos, ianuas, praesertim haud principales, accurate rimantur diurno tempore ut dein nocturno ad exsecutionem improbum consilium demandare pertentent. Quod si rarius accidit in pagis, ubi praesentia personae extraneae ibique haud cognitae, quae ecclesiam circumeat et ingrediatur, facilius animadvertitur suspicionemque ingerit in sacerdotibus atque fidelibus, id non relevat tamen parochum rectoremve ecclesiae ab obligatione Eucharistiae custodiendae, cuius ratio modusque ipsius prudentiae relinquitur inspectis loci adiunctis, e. g. tum per se ipse aliquoties in die ecclesiam invisendo, tum vigilantiam per diem committendo probatis personis circum morantibus, tum privatam paroecianorum visitationem Ssmi Sacramenti praestituendq variis diei horis peragendam.

Attente debet in vigil ari etiam operariis ceterisque personis, quae laboris intuitu aliisve de causis ecclesiam, sacrarium, sacerdotis custodisve domum eisdem contiguam frequentant.

JSTec sedula custodia Ssmi Sacramenti a iure praescripta remittenda erit tempore nocturno, quando ecclesia est obaerata. Praecipuae cautiones autem pro nocturnis horis adhibendae, quas prudentia requirit, *ordinariae* seu iugiter adhibendae tum pro Ssma Eucharistia tutanda tum pro praecavendis direptionibus sacrorum vasorum, tabularum, eleemosynarum atque supellectilium ecclesiae, recensentur : I° omnes ecclesiae fores communiantur, quatenus necessitas postulet fierique possit, firmis valvis, validis claustris obicibusque et quidem ita ut ab interiore ecclesia clavibus aperiri dumtaxat queant, fenestrae vero transennis vel elatris;

2° accurate est inspiciendum quoties vespere ecclesiae obserantur ne quis homo malevolus includatur; 3° officium ecclesiae claudendae eiusque claves committantur personis omni suspicione maioribus, praecipue vero vino non deditis. Hisce cautelis aliam valde commendatam addere velimus, quae in dies usitatior evadit quaeque utile nonnunquam praebet auxilium ad praecavenda furum molimina, ubi usui est: nempe collocationem opportunis in locis tintinnabulorum vi electrica pulsandorum, dum portae aperiuntur, vel eaedem aut tabernaculum aut altare aut mensa aut candelabra tanguntur, quorum ope sacerdotis custodisve attentio repente provocatur; aut speciales electrici apparatus, qui ecclesiam repente illuminent custodemque de furum praesentia statim certiorem faciant : hi tamen apparatus, ut optatum consequantur finem, erunt scite et ingeniose tegendi, ita ut quamlibet adimant furum suspicionem, quotidieque inspiciendi ut suo munere apte fungantur.

Specialis extraordinaria providentia demum prostat in § 3 relati canonis : ((*gravi aliqua suadente causa ab Ordinario loci probata, non est vetitum Sanctissimam Eucharistiam nocturno tempore extra altare super corporali tarnen, in loco tutiore et decenti, asservari, servato praescripto can. ffltl* ». Hic locus de more est sacrarium, dummodo reapse sit locus tutior et decens, vel arca solidissima et optime clausa (italice *cassaforte),* si haec sit praeferenda, muro inserta in quodam ecclesiae pariete. Quodsi nec ecclesia nec sacrarium necessariam perhibeant securitatem, Eucharistia poterit retineri in alio loco tutiore, etiam privato : tunc parocho est cura adhibenda ut debita reverentia et honore Ssmum Sacramentum custodiatur neque minuatur fides fidelium in praesentia reali. In huiusmodi vero asservatione Ssmae Eucharistiae Sacrae Species non sunt corporali dumtaxat contegendae, sed semper in vase seu pyxide includendae :[5] insuper cum e ciborio ecclesiae educuntur aut ad ipsum referuntur, opus est ut sacerdos superpelliceo et stola sit indutus eumque clericus comitetur lumen gestans saltem regulariter.

Curandum est praeterea ecclesiarum rectoribus ad furta praecavenda ut in tabernaculis, quantum fieri possit, non relinquantur pyxides et vasa sacra magni pretii, unde cupiditas audaciaque furum magis alliciatur : quum haec vasa occasione quarundam sollemnitatum adhibentur, valde est optandum ut tempore postremae Missae purificentur et loco tuto reponantur, qui sacrarium non sit; particulae vero, quae superfuerint, in ordinaria pyxide collocentur. Pariter abstineant a decorando altaria et sacra simulacra sculpta vel picta (eademque assidue decorata

[5] **Cfr. cit. decr. Alionen., not. 2.**

servando publico cultui exposita) eximiis muneribus votivis, qualia sunt aurei et argentei anuli, catellae, monilia, inaures, margaritae et similia : quod si id facere praestet occasione cuiusdam diei festi, eodem exacto? ea munera ab ecclesia satagant removere causamque remotionis probe fideles edocere.

6. - c) « *Clavis tabernaculi diligentissime a sacerdote custodiatur* ». Omnes cautelae, quas hucusque recensuimus, ad irritum redigantur si, quod potissimum in hac re est curandum, clavis tabernaculi caute non custodiatur, ut expresse cavet can. rei. § 4, *gravi conscientiae onere* adiecto sacerdoti, cui haec est custodia commissa. Ut huic *diligentissimae custodiae* canone praescriptae ab ecclesiae rectore satisfiat, ipsi districte praecipitur ut clavis tabernaculi nunquam super mensa altaris aut in claustro ostioli relinquatur, ne tempore quidem quo mane divina officia ad Sacramenti altare et Sanctissimae Communionis distributio peraguntur, praesertim si hoc altare haud in conspicuo sit. Hisce vero absolutis, clavis vel ab ecclesiae rectore domi custodiatur aut ab ipso continenter gestetur, amissionis periculo remoto, vel in sacrario, et quidem in loco tuto et secreto, reponatur altera clavi claudenda, quam alteram clavem uti supra rector tueatur. [15]

Sedulo perpendant sacerdotes Ssmae Eucharistiae custodes officium custodiendae diligentissime clavis S. Ciborii esse grave, prout aperte ostendunt finis ipsaque verba legis. Sacerdos, cui ius et officium ordinarie et per se competit custodiendi clavem, est rector ecclesiae vel oratorii : quodsi discedat, potest et debet pro tempore absentiae alii sacerdoti committere custodiam; et si clavem in sacrario retineat sub alia clavi, potest hanc tradere aedituo, pro tempore quo ipse abest, et clavis tabernaculi necessaria esse queat : quod praxis ubique recepta manifeste confirmat. Si agitur de ecclesia paroeciali, clavis parocho custodienda est; si de ecclesia cathedrali aut collegiali, quae simul sit paroecialis, ad Capitulum spectat custodire Ssmum Eucharistiam, et altera tabernaculi clavis apud parochum servari debet (can. 415 § 3 n. 1). Ad parochum pertinet exclusivum ius retinendi clavem tabernaculi, etsi in ecclesia paroeciali erecta sit confraternitas. In ecclesiis non paroecialibus ubi ex A. Sedis indulto asservatur, custodienda est cappellanis seu rectoribus, nunquam laicis, etiamsi patroni sint : sine apostolico indulto laici per se clavem ciborii retinere nequeunt.

7. - Specialia veniunt adnotanda de custodia clavis tabernaculi in ecrclesiis monialium vel religiosarum et in piis seu religiosis domibus mulie-

[6] **Cfr. Encycl, litt. iussu Benedicti XIV edit. a S. O. EE. et RR., die 9 Febri 1731'.**

rum. Inspecto primum statuto can. 1267 quo Ssma Eucharistia, revocato quolibet contrario privilegio, custodiri nequit in religiosa vel pia domo nisi vel in ecclesia vel in principali oratorio, nec apud moniales intra chorum vel septa monasterii, id dein alte in mente Ordinariorum residere debet atque adamussim exsecutioni demandari, *clavem S. Giborii non esse custodiendam inter septa monasterii.*[7] Ipsa est igitur in posterum asservanda in sacrario ut praesto sit, quoties necessitas postulet, atque, expletis ecclesiae sacris functionibus ac praesertim nocturno tempore, in loco tuto, solido atque secreto reponenda, et quidem duabus obserato clavibus, quarum altera communitatis antistitae est custodienda per se ipsi aut per vicariam et altera moniali cuidam, puta sacrario addictae, adeo ut utriusque concursus ad reserandum locum, de quo supra, requiratur. Huiusmodi praescriptum probe inspiciant Excmi Episcopi et in eodem exsequendo rigide se gerant, quacumque personarum acceptione posthabita, ut praecaveantur abusus atque irreverentiae, quae secus redundare possunt in Ssmam Eucharistiam.

8. - Quod attinet ad oratoria seminarii et collegii ecclesiastici, ephebei pro iuvenum utriusque sexus religiosa eruditione atque institutione, nosocomii aliusque id genus hospitii, quae potestate Ssmae Eucharistiae asservandae fruantur, tabernaculi clavis custodienda^erit rectori seu moderatori eorundem, si sacerdos sit, secus spiritus directori aut cappellano de more Missae celebrationi sacrisque functionibus peragendis addicto, ipsique studiose est curandum ne eadem ad aliorum manus perveniat.

9. - Quod demum refert ad privata oratoria, quae ex apostolico indulto facultate pollent Ssmam Eucharistiam asservandi, ciborii clavis custodiri solet in sacrario potius cura familiae quam cappellani;[8] at, si Episcopo praestare videatur ut clavis indultario custodienda non tradatur, eam aut sacerdoti celebranti committat, praesertim si hic stabiliter sacrum ibi litet, aut parocho deferat, singulis deinde vicibus, si commode potest, sacerdoti celebraturo exhibendam. Indultariis laicis, quos clavis custodia manet, in memoriam revocandum est, clericis vero quacumque dignitate fulgentibus perpendendum, grave sane officium ipsis impositum esse vigilandi ne clavis ad cuiusquam manus perveniat etiam de ipsorum familia vel famulatu.

10. - Sacram Congregationem non praeterit enunciata* cautelas propositum finem plene haud esse assecuturas, nisi Excmi Episcopi locorum-

[7] **Cfr. S. B. C. resolutio diei 2 Maii 1878 ad VI (decretum n. 3448); Emus Card.** PETRUS GASPABBI, **op. cit., 266, a. 998.**

[8] **Emus Card.** P. GASPABRI, **op. cit., II, 267, ji. 999.**

que Ordinarii, una cum earundem observantia parochis, ecclesiarum rectoribus, institutorum oírme genus moderatoribus, monialium antistitis praecepta, quatuor haec, quae magnopere nostra intersunt, prae oculis habeant :

a) Praesertim dum sacras peragunt dioecesium visitationes, sed etiam extra easdem, quoties casus ferat, per se aut per idoneas ac prudentes ecclesiasticas personas diligenter inquirant animadvertantque de visu quomodo in singulis nedum paroeciis sed et ecclesiis, oratoriis, etiam privatis, hoc iure fruentibus provisum sit securitati custodiae Ssmae Eucharistiae et quoties comperiant non ea omnia concurrere, quae iure postulantur, eadem praecipiant quam cito exsequenda, brevi tempore ad id praestituto, sub poena multae pecuniariae et etiam suspensionis a divinis pro sacerdotibus aut a munere, pro gravitate culpae, ab iis incurrendae, quibus officium competit omnia securitatis praesidia subministrandi. Neque ab huiusmodi onere easdem personas relèvent *ex* reddita forsan ratione quod nulla profanatio aut inconveniens in antecessum acciderit; quae enim infecta hucusque sunt, temporis decursu et hominum malitia, posthabitis necessariis cautelis, fieri possunt.

ö) Quoties furta sacrilega quibus Ssfiia Eucharistia violatur in sua Dioecesi (quod Deus prorsus avertat) quacumque de causa acciderint, loci Episcopus vel per se, quod est optandum, vel per suae Curiae Officialem, ad id specialiter delegandum, oeconomicum semper conficiat processum adversus parochum aliumve sacerdotem tam saecularem quam religiosum etiam exemptum Ssmi Sacramenti custodiae praepositum, actaque processus idem Episcopus ad hanc S. Congregationem transmittat cum suo voto quo prae primis accurate describat eiusdem furti temporis et loci adiuncta, et dein, actis processus eiusdem prae oculis praesertim habitis, renuntiet cuius culpae aut neglegentiae culpabili admissum facinus sit tribuendum atque poenas canonicas contra sontes infligenda» proponat et huius S. Dicasterii mandata praestoletur.

c) Mature perpendant severitatem poenarum, quae can. 2382 statuuntur contra parochum, qui graviter neglexerit custodiam Ssmae Eucharistiae etiam citra excessum huius violationis, quaeque usque ad paroeciae privationem progrediuntur; inspecto vero fine legis curent ut analogis poenis plectantur et alii ecclesiae rectores, congrua congruis referendo, qui graviter delinquant in arduo eis commisso munere obeundo, collatis ad id necessariis et opportunis facultatibus per hanc S. Congregationem, quatenus opus sit. Quibus aufugiendis poenis haud suffragatur causa forte a parocho aliisve, quibus SS. Species custodiendae incumbunt, aK lata qua tabernacula patentia relinquantur clavesque in loco tuto nona

custodiantur alius ; sacerdotis incuria: ipsos enim manet diligens sollersque cura sacrorum vasorum et Ssmae Eucharistiae propriumque munus fideliter et vigilanter cavendi ne, divinis officiis absolutis, ciboria exponantur cuilibet iniuriae sacrilegaeque direptioni. Equidem est animad^-vertendum et in memoratum sacerdotem et in quemlibet alium huius neglegentiae reum similibus poenis, quippe qui occasionem tanto sceleri sua culpa dederint. Ut autem locorum Ordinarii poenis prosequi queant et delinquentes religiosos utriusque sexus etiam exemptos iuxta has apostolicas praescriptiones in negotio, de quo agimus, vi huius Instructionis facultates committimus necessarias cumulative cum eorum Superioribus religiosis Maioribus, quibus pariter haec S. Congregatio idem onus imponit, reservata tamen uni Episcopo facultate processum conficiendi, de quo sub litt. ***d)*** in casu ibi descripto.

d) Diligenter inquirant utrum ecclesiae et oratoria quibus Ssmae Eucharistiae asservatio iure communi (cfr. can. 1265 § 1 n. 1, 2) non competat, hac facultate polleant ex apostolico indulto per Breve in perpetuum aut per rescriptum ad tempus concessum : quoties vero compererint hoc privilegium legitimo iure non esse suffultum, tamquam abusum satagant removere. Praeterea, ne se nimis faciles praebeant in suscipiendis et commendandis precibus pro impetranda facultate asservandi Ssmam Eucharistiam in locis, quae de communi iure eadem carent, immo abstineant prorsus, nisi gravissimae causae intersint, praesertim in privatis oratoriis et ecclesiis a domibus fidelium nimis dissitis, in desertis montibus magnisque camporum spatiis sitis, quibus non suppetant ea omnia quae pro fideli et tutissima custodia SS. Specierum requiruntur. Tolerabilius sane erit ut quandoque etiam notabili fidelium parti commodum non praebeatur Ssmae Eucharistiae adorandae, quam ut Eadem exponatur sat probabili periculo profanationis. Immo et potestas hisce litteris committitur Excmis Episcopis locorumque Ordinariis revocandi facultatem asservationis Eucharistiae in ecclesiis et oratoriis, etiam privatis, quae hoc apostolico privilegio per indultum fruuntur, quoties adnotent aut graves abusus intercessisse aut non omnes concurrere conditiones pro secura custodia, reverentia cultuque debito erga Ssmum Sacramentum.

Hae sunt canonicae normae potioresque cautelae, quas huic S. Congregationi visum est locorum Ordinariis praecipere ut vicissim parochis ceterisque Ssmi Sacramenti custodibus pressius commendent exsecutioni tradendas ad quoslibet convellendos abusus, si qui irrepserint, et, quamvis desint, ad eosdem praecavendos: aliae, quae pro temporum et locorum adiunctis magis idoneae videantur ad eundem finem

aptius attingendum, eorundem Pastorum zelo sollertique industriae relinquuntur. Eos igitur, his praesidiis adiutos, in Domino deprecamur et obtestamur ut omnibus viribus contendant ad efficaciter Ssmam Eucharistiam tutandam et impia scelestorum hominum molimina arcenda ab eodem Sacramento « *quo nihil dignius, nihil sanctius et admirabilius habet Ecclesia Dei, cum in eo contineatur praecipuum et maximum Dei donum et ipsemet omnis gratiae et sanctitatis fons, auctorque Christus Dominus* ».[9] Id quidem erit Ipsis eorumque sacerdotibus et fidelibus pignus indeficiens supernae divinae protectionis.

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, in audientia Excmo Secretario H. S. C. die 7 Maii a. 1938 concessa, praefatam Instructionem, ab EE. PP. in plenario Conventu diei 30 Martii anni eiusdem probatam, benigne confirmare et Auctoritate Sua Apostolica ratam habere dignatus est, mandans ut Instructio eadem in officiali Commentario *Acta Apostolicae Sedis* publici iuris fiat et ab omnibus Ordinariis tum locorum tum personarum aliisque, ad quos speciatim spectat, religiosissime servetur, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. C. de Disciplina Sacramentorum, **iii** festo Ascensionis Domini a. 1938.

D. Card. JORIO, *Praefectus.*

L. © S.

F. Bracci, *Secretarius.*

[9] ***Rit. Rom.*, tit. IV, cap. I, n. 1.**

SACRA CONGREGATIO RITUUM

SAVONEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVAE DEI MARIAE IOSEPHAE ROSSELLO, E TERTIO ORDINE S. FRANCISCI, FUNDATRICIS INSTITUTI FILIARUM DOMINAE NOSTRAE A MISERICORDIA.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur

Meritis onusta, magis quam annis, Savonae, prope quam urbem sexaginta novem annis ante lucem aspexerat, die 7 Decembris a. D. 1880 Soror Maria losepha Rossetto, Instituti Filiarum Dominae Nostrae a Misericordia fundatrix, ad saperos evolavit. Sanctam tunc obiisse populus conclamavit, sanctam dixerunt quotquot eius virtutes et praeclara opera, in animarum salutem patrata, admirati fuerant. Recte eos sensisse de tam illustris mulieris sanctitate, Decretum comprobavit, quod a sacra hac Congregatione, approbante Ssmo D. N., non multo ante, super Ven. Servae Dei heroicitate virtutum editum est. Sed modo altius accedit divinum miraculorum signum, quibus omnipotens Deus fidelis famulae suae sanctitatem, eiusque potentem intercessionem illustrare dignatus est.

Porro inter non pauca mira, quae, ea interveniente, facta feruntur, duas sanationes selegerunt nobilis huius Causae actores, quae omnes characteres divinae actionis supra naturae vires exhibent.

Prior sanatio evenit in Sorore Maria a Spiritu Sancto, ex Instituto a Venerabili Maria losepha condito. Haec Soror quae Argenteae in Republica Argentinensi morabatur, ab a. 1907 renali tubérculos! tentari coepit, quae eam quatuor per annos afflixit. Morbus eousque processerai, ut medicorum iudicio prognosis omnino infausta, quod ad vitam ipsam, manifestis signis evasisset; quin immo pomeridianis horis diei 1 Iulii a. 1911 medici iudicio mors uti imminens habebatur. At mirum! Serotinis illius diei horis, expletis novendialibus precibus quae ideo ad Deum effundebantur, ut per intercessionem Venerabilis Mariae Iosephae sanatio obtineatur, infirma, veluti de morte ad vitam resurgens, extemplo perfecte sanatam se sensit : atque ad pristina officia datum ei est statim redire. In recuperata valetudine Soror Maria iugiter perseveravit. Tum medici a cura cum tres periti ab hac sacra Congregatione adsciti, divino miraculo hanc sanationem tribuunt.

Miraculum alterum Florentiae die 10 Augusti mensis a. 1929 contigit. Soror Paulina Dameri, ex eodem Instituto, die 3 Augusti, ob fusam adverso casu ferventis aquae copiam, gravissimas ustiones a ventre ad pedes est passa. Quae ustiones, ea erant extensione ac profunditate, ut tertiam fere corporis partem teterrimis plagis affecerint, eamque, paucos post dies, ad extremum mortis limen adduxerint. In eo tanto discrimine, sub vespere diei 9 Augusti, ferventius invocata ope Venerabilis Mariae Iosepbae, placido correpta est somno infirma Soror, et postridie mane perfecte sanata expergiscitur, et loco plagarum nova refecta pellis : obstupentibus a cura medico, sororibus infirmariis aliisque omnibus tam mirae mutationis testibus. Medicus peritique officiales sanationem hanc supra naturae vires evenisse edicunt.

De priori sanatione in Apostolico processu super virtutibus actum est, cuius iuridica vis die 18 Decembris a. 1929 rite recognita fuit. De altera, specialis Apostolica inquisitio fuit peracta, pro cuius validitate die 3 Februarii elapso anno editum fuit decretum.

De utroque miraculo in antepraeparatoria Congregatione coram Rmo Cardinali Raphaele Carolo Rossi, Causae Ponente seu Relatore, die 22 Iunii mensis a. 1937 disceptatum est, dein in Praeparatoria die 21 Ianuarii hoc anno; postremo vero die 5 Aprilis coram Ssm.0 D. N.' Pio Papa XI, in Generali, in qua idem Cardinalis Relator dubium proposuit : *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur. Et* Rmi Cardinales, Quiciales Praelati et PP. Consultores suum quisque edidere suffragium.

Beatissimus Pater adstantes enixe monuit ut preces ingeminarent ut Sibi maius a Deo lumen daretur, ideoque supremum iudicium suum edere ad hanc diem distulit Dominicam Palmarum. Quapropter accitis ad se Rmis Cardinalibus Camillo Laurenti, S. R. C. Praefecto, et Raphaële Carolo Rossi, Causae Ponente seu Relatore, necnon R. P. Salvatore Catucci, Fidei Promotore Generali, meque infrascripto Secretario, sacrosancto Missae sacrificio religiose litato, edixit : *Constare de instantánea perfectaque sanatione Sororis Mariae a Spiritu Sancto ab insanabili le~thalique tuberculosi renali, et Sororis Pa/ulinae Dameri a gravissimis ustionibus in abdomihe et artubus inferioribus.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta S. R. C. referri mandavit.

Datum Romae, die 10 Aprilis a. D. 1938.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

• POSNÂNIEN.

NULLITATIS MATRIMONII ET DISPENSATIONIS SUPER RATUM ET NON CONSUMMATUM (ZBASKA-SUSZCZYNSKI).

CUBI ignoretur locus actualis commorationis Dñi Vitoldi Suszczynski, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se sive per Procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. E. Rotae (Roma, via delia Dataria, .91) die 27 Iulii 1938, hora undecima, ad concordandum de dubio disputando vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

An praestandum sit consilium Ssmo pro dispensatione super matrimonium ratum et non consummatum, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Vitoldi Suszczynski, curare debent ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

Henricus Quattrocolo, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 30 Aprilis 1938.

I. Pendola, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Vitold Suszczynski, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître par propre personne ou par un procureur légitimement constitué au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, 91) le 27 Juillet 1938, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Doit-on interroger le Saint-Père powr la dispense super rato et non consummato, *dans le cas?*

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit M. Vitold Suszczynski, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 10 maggio 1938, nel Palazzo Apostolico di Castel Gandolío, all'augusta presenza del Santo Padre, si è adunata la S. Congregazione dei Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno dato il loro voto sul *Tuto* per la Beatificazione della Ven. Serva di Dio Maria Giuseppa Rossello, del Terz'Ordine di S. Francesco e Fondatrice dell'Istituto delle Figlie di Nostra Signora della Misericordia, e sui miracoli della Ven. Serva di Dio Maria Domenica Mazzarello, Confondatrice dell'Istituto delle Figlie di Maria Ausiliatrice.

Martedì, 24 maggio 1938, negli Unici della S. Congregazione dei Riti al Palazzo san Callisto, presente l'Emo e Revmo Signor Cardinale Carlo Salotti, Ponente o Relatore della causa di beatificazione e canonizzazione della Ven. Serva di Dio Gioacchina De Vedruna ved. De Mas, ha avuto luogo, con l'intervento dei Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi, la Congregazione *antepreparatoria* sopra i miracoli, che si asseriscono operati ad intercessione della suddetta Venerabile Serva di Dio.

Martedì, 31 maggio 1938, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e dei Revmi Prelati Officiali, per discutere sui seguenti argomenti :

1) Introduzione della Causa di Beatificazione, ossia della dichiarazione del martirio della Serva di Dio Maria Goretti.

2) Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Eugenia Joubert, della Congregazione delle Suore della Santa Famiglia del Sacratissimo Cuore.

3) Revisione degli scritti del Servo dì Dio Giovanni dello Spirito Santo, sacerdote professo della Congregazione dei Chierici Scalzi della Ssma Croce e Passione di N. S. G. C. (Passionisti).

4) Revisione degli scritti della Serva di Dio Maria della Passione, del Terz'Ordine di S. Francesco e Fondatrice delle Suore Francescane Missionarie di Maria.

SEGRETERIA DI STATO

DOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XÍ, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

:21 gennaio 1938. Monsig. Adalberto Katay, dell' archidiocesi di Strigonia.
17 febbraio » Monsig. Antonio Striz, dell'archidiocesi di Praga.
7 aprile » Monsig,. Carlo Pongo, della diocesi di Grosseto.
» » » Monsig Giuseppe Magnanelli, della medesima diocesi.
» » » Monsig Antonio Cappelli, della medesima diocesi.
» » » Monsig, Turiddo Turi, della medesima diocesi.
:21 » » Monsig, Guglielmo van den Hengel, dell'archidiocesi di Utrecht.
» » » Monsig Decio Donati, della diocesi di San Severino.
3 maggio » Monsig Ignazio Valenti, della diocesi di Agrigento.
5 » » Monsig. Giovanni Tarn, della diocesi di Como.
12 » » Monsig, Giovanni O'Rourke, del vicariato apostolico del Capo di Buona Speranza («listr. oec.).
» » » Monsig, Donato Catalano, dell'archidiocesi di Otranto.
•20 » » Monsig, Giuseppe Matocha, dell'archidiocesi di Olomouc.
» » » Monsig, Antonio Suchánek, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Agostino Falath, dell'amministrazione apostolica di Tirnava.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

5 maggio 1938. Monsig. Luigi Corrado, della diocesi di Crema.
20 » » Monsig. Giuseppe Rypar, dell'archidiocesi di Olomouc.
» » » Monsig. Giuseppe Schoen, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Enrico Skácel, della medesima archidiocesi.
» » Monsig. Geysa Zubek, dell'amministrazione apostolica di Tirnava.

Cappellano segreto d'onore di S. 8.:

:20 maggio 1938. Monsig. Eugenio Hegyi, dell'amministrazione apostolica di Tirnava.

NECROLOGIO

23 maggio 1938. Monsig. Benvenuto Diego Alonso Nistal, Vescovo tit. di Dorileo.
30 » » Monsig. Igino Serci, Vescovo di Ozieri.

An. et vol. XXX 15 Iulii 1938 (Ser. II, v. V) - Num. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

PLANENSIS GRAECORUM

NOVA DIOECESIS SEU EPARCHIA PLANENSIS GRAECORUM ERIGITUR EX PAROECIIS BYZANTINI RITUS AB ARCHIDIOECESIBUS MONTIS REGALIS ET PANORMITANA SEIUNCTIS.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolica Sedes, pro sua omnium ecclesiarum sollicitudine, agnoscere consuevit suaque suprema auctoritate approbare non dubitavit quemlibet christianae religionis ritum, qui in plena et integra fidei professione fundatus, cuiusvis vel populi seu nationis vel singularis quoque ecclesiae vetustatem simul et sacrae liturgiae splendorem proferat atque patefaciat. Praedecessores namque Nostri non immerito arbitrati sunt ad divini cultus magnificentiam quam maxime conferre ipsam Ecclesiae rituum in fidei unitate varietatem, quippe qui sacra publica ad christifideles admoveant, eos ad fidei puritatem et constantiam atque nobiliores ac suaviores suae gentis legitimas traditiones devinciendo; neque unquam iidem Decessores Nostri inter diversos catholicos ritus hierarchiae discrimina vel gradus fieri et esse passi sunt, veluti si alius alio pluris habendus, alius aestimandus, alius vero contemnendus sit. Attamen inter varios Ecclesiae ritus semper Apostolicae Sedi percarus fuit byzantinus ritus, praeclaris memoriis sanctisque viris gloriosissi-

mus, atque mysticis sollemniis ac liturgiae splendore ditissimus, per quem graeco ipso sermone, quo plerumque utitur, ad mentem facile revocantur ipsa Christi Ecclesiae primordia atque tum magnifica sanctorum Patrum orientalium series, tum utriusque Ecclesiae occidentalis et orientalis ritus, romanus nempe et byzantinus, in pluribus Italiae quoque regionibus una simul floren tes. Neque Sanctam Sedem fugere poterat auctoritas illarum byzantini ritus communitatum, quae vel in quibusdam Italiae regionibus inter tot tantasque rerum hominumque vicissitudines integrae permanserunt, vel in Italiam, turcicam dominationem effugientes, uti Epirotae, immigraverunt, qui in patriam et christianam religionem acerbissimas infidelium insidias maerentibus oculis intuebantur. Quae quidem prae oculis habens fel. rec. Benedictus Papa Decimus quintus, Praedecessor Noster, Apostolicis sub plumbo Litteris *Catholici fideles*, die tertiadecima Februarii mensis, anno millesimo nongentesimo undevicesimo datis, spirituali bono et regimini christifidelium byzantini ritus in Magna Graecia degentium consulere cupiens, Lungrensem Graecorum dioecesim constituit pro Italis-Epirotis. Iisdem et Nos rationibus permoti, Italorum-Epirotarum communitates paterno prosequentes amore, quae in Sicilia, circa oppidum praesertim vulgo *Piana dei Greci* nuncupatum, commorantur, quaeque seculare exstant rerum ac traditionum byzantino ritui arctissime coniunctarum testimonium, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi pro Ecclesia Orientali praepositorum consilio, omnibus mature perpensis, communitates illas in dioecesim seu eparchiam ritus byzantini constituere statuimus. Quare, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de Nostrae Apostolicae potestatis plenitudine, novam in Sicilia erigimus et constituimus byzantini ritus dioecesim seu eparchiam, Nobis et Sedi Apostolicae immediate subiectam, cui nomen erit *Planensis Graecorum*, quamque his quae sequuntur legibus regi et gubernari volumus ac decernimus. I. Ad novam hanc dioecesim pertinebunt paroeciae omnes Planensis Graecorum urbis, quas idcirco ab archidioecesi Montis Regalis seiungimus, atque paroecia S. Christinae Gelae, quam ab archidioecesi Panormitana pariter seiungimus. II. Item ad eamdem Planensem Graecorum dioecesim pertinebunt paroeciae, ecclesiae, oratoria publica vel semipublica, nec non domus religiosae tum virorum tum mulierum, quae in Sicilia iuxta ritum byzantinum iam canonice erecta sunt vel in posterum erigentur. III. Quoad iura et onera omnium paroeciarum, ecclesiarum, oratoriorum et domorum religiosarum praefatarum, praesertim si quid ab Apostolica Sede de iis statutum fuerit, nihil prorsus

immutetur. IV. Nihil pariter immutetur quoad mensam, qua gaudet Episcopus sacris ordinibus pro Italis Epirotis in Sicilia conferendis deputatus, cui beneficium Abbatiae S. Mariae *La Gala* tribuitur. V. Ordinarii dioecesium ritus latini in Sicilia et Ordinarius novae huius dioecesis Planensis Graecorum curabunt, quatenus opus sit, ut inter se conventiones ineantur quoad iurisdictionem duobus Episcopis eodem loco exercendam super quosque sibi subditos christifideles; volumus vero ut conventiones istae a S. Congregatione pro Ecclesia Orientali recognoscantur et adprobentur. VI. Seminarium Panormitanum pro Italis-Epirotis posthac erit eparchiae Planensis Graecorum Seminarium, cui propterea archidioeceses Panormitana et Montis Eegalis atque ceterae dioeceses in Sicilia exstantes quidquid hucusque contulerunt etiam in posterum conferre debent. VII. Huius autem dioecesis byzantini ritus sedem et episcopalem cathedram in Planensi Graecorum urbe statuimus in Ecclesia matre S. Demetrii Martyris; quam proinde ad cathedralis ecclesiae gradum et dignitatem evehimus et extollimus, cum omnibus iuribus et privilegiis, oneribus et obligationibus eidem iure communi adnexis. Cum autem Panormi, uti omnes norunt, communitas exstet christifidelium ritus byzantini satis frequens et illic Seminarium florescat pro Italis-Epirotis, venerabili Fratri Nostro Aloisio S. R. E. Cardinali Lavitrano, Archiepiscopo Panormitano, committimus ut vetustam ipse et magnificam Ecclesiam, vulgo *delia Martorana* nuncupatam, ad sacra ritus byzantini peragenda destinet, eamque Nos concathedralis titulo et dignitate constituimus. Eidem insuper venerabili Fratri Nostro committimus ut domum Panormi destinet pro Curia eparchiali, ad quam ipse transmittenda curabit documenta omnia et acta novam hanc dioecesim respicientia. VIII. Decernimus denique ut, vacantibus latini ritus paroeciis in civitate Planensi Graecorum, ius sit venerabili Fratri Archiepiscopo Montis Regalis tria sacerdotum scientia ac pietate probatorum nomina Ordinario Eparchiae Planensis Graecorum praesentandi, ea lege ut Ordinarius ipse inter illa eligere parochum teneatur. Ad quae omnia ut supra disposita et constituta exsecutioni mandanda quem supra memoravimus venerabilem Fratrem Nostrum Archiepiscopum Panormitanum deligimus; eique propterea omnes tribuimus facultates ad hoc necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus facimus ad S. Congregationem pro Ecclesia Orientali intra sex menses ab his Litteris datis computandos authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar transmittendi. Volumus insuper ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu

tamen alicuius notam publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus adhibeatur fides, quae hisce Litteris haberetur si exhibitae vel ostensae forent. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus, ceterisque contrariis, quibus omnibus, etiam speciali mentione dignis, per praesentes derogamus. Nemini ergo hanc paginam dismembrationis, erectionis, subiectionis, decreti, concessionis, commissionis, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die vigesima sexta Octobris mensis, in festo S. Demetrii Martyris iuxta Kalendarium byzantinum, Pontificatus Nostri anno sexto decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

EUGENIUS Card. TISSERANT
S. C. pro Eccl. Orient, a Secretis

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Hannibal Franciscus Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LVIII, n. 15 **- Al. Trussardi.**

II

UBMIENSIS ET SEHNAENSIS

DIOECESIUM CHALDAICI RITUS URMIENSIS ET SEHNAENSIS FINES IMMUTANTUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo facilius aptiusque animarum saluti consulatur, Romani Pontifices dioecesium circumscriptionem mutare solent, quoties rectum fidelium regimen et apostolici ministerii incrementum id exquirere videantur. Cum itaque dioecesium Chaldaici ritus Urmiensis et Sehnaensis fines, per decretum *Animarum saluti* S. Congregationis de Propaganda Fide pro negotiis ritus orientalis, die decimaquarta Iulii mensis, anno millesimo octingentesimo nonagésimo septimo datum, constituti, novis rerum locorumque adiunctis minus apte respondeant, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi pro Ecclesia Orientali praepositorum consilio, eos prout infra immutandos censuimus. Re igitur mature perpensa, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, decernimus ut Urmiensis seu Rezaiensis Chaldaeorum dioecesis in posterum terminetur ad septentrionem a dioecesi Salmasiensi Chaldaeorum; ad orientem a quinquagesimo gradu longitudinis orientalis ab arcu meridiano Grenovici (vulgo *Greenwich)* ; ad meridiem a gradu trigesimo sexto cum dimidio latitudinis borealis; ad occidentem a regni Irakiani finibus. Dioecesis autem Sehnaensis totum complectetur Iraniani regni territorium, quod intra fines quos supra descripsimus dioecesis Urmiensis atque intra dioecesis Salmasiensis fines non continetur. Haec vero dioecesis Salmasiensis suam servabit praesentem circumscriptionem. Rebus itaque ut supra dispositis, ad eadem omnia executioni mandanda deligimus venerabilem Fratrem Alcidem Marina, Archiepiscopum titularem Heliopolitanum in Phoenicia et in Iraniano regno Delegatum Apostolicum, cui propterea omnes tribuimus facultates-ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate vel oificio constitutum, facto eidem onere ad S. Congregationem pro Ecclesia Orientali intra sex menses, ab his Litteris acceptis computandos, authenticum peractae executionis actorum exemplar transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis con-

tenta. quaecumque rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque non obstantibus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem quae hisce Litteris a Nobis statuta sunt infringere vel eis contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo* trigesimo septimo, die vigesima tertia mensis Novembris, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, **O.** P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

EUGENIUS Card. TISSERANT
S. C. pro Eccl. Orient, a Secretis

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LVIII, n. 11 **- Al. Trussardi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TEMPLUM SSMI CORDIS IESU ET B. MARIAE V. DE MONTE CARMELO IN ARCHIDIOECESI ET CIVITATE S. IACOBI DE CHILE ERECTUM, BASILICAE MINORIS TITULO AC PRIVILEGIIS HONESTATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. —Edocet Nos Venerabilis Frater Sancti Iacobi de Chile Archiepiscopus in archiepiscopali sua civitate perinsigne templum exstare sub titulo Sanctissimi Salvatoris, ad honorem Sacratissimi Cordis Iesu dicatum ac rite consecratum, eodemque in templo religiosissime adservari Imaginem Beatissimae Virginis de Monte Carmelo, Quam uti Reipublicae Chilensis eiusdemque exercitus Coelestem Patronam populus universus Nationis ipsius pie veneratur, ita ut Imaginem eandem pretioso etiam diademate, vota omnium exsolvens, Legatus Noster anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto redimierit.

Sacrum memoratum aedificium, stylo basilicali exstructum, molis amplitudine eximiisque praestans artis operibus, primum locum inter sacras aedes totius dicionis chilensis procul dubio tenet; illudque christifideles frequentissimi celebrant functionibus liturgicis devote assistentes, quae tum cleri tum confraternitatum piarumque consociationum cura ibi peraguntur. Cum propterea praefatus Sancti Iacobi de Chile Archiepiscopus a Nobis enixis precibus exposcat ut perspicuum benevolentiae Nostrae testimonium eidem templo Sanctissimi Salvatoris tribuamus, quod archidioecesis ipsius clerum populum que voti optatique compotes faciat, placet Nobis animo quidem benigno huiusmodi precibus concedere. Quapropter, audito quoque Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, praesentium Litterarum tenore praedictum ad honorem Sacratissimi Cordis Iesu dicatum et in civitate atque archidioecesi Sancti Iacobi positum, intra fines Chilensis ditionis, templum, addito quoque con titulari titulo Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo, ad *Basilicae Minoris* dignitatem et honorem, perpetuum in modum, evehimus, illique omnia et singula iura ac privilegia deferimus, quae de more competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec largimur, decernentes praesentes Litteras, firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die III m. Martii, an. MCMXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

TEMPLUM SANCTAE THERESIAE A PUERO IESU IN LOCO « TOMBETTA », INTRA FINES VERONENSIS DIOECESIS, HONORIBUS BASILICAE MINORIS AUGETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Veronensis dioecesis intra fines, uti ad Nos fertur, in loco quem « Tombetta » nuncupant templum exstat Ordini Fratrum Carmelitarum Discalceatorum concreditum, ubi simulacrum Sanctae Theresiae a Puero Iesu ita religiose colitur ut ingens

fidelium peregrinorum multitudo hac de causa ad eandem confluant Sacram Aedem, quae veluti authenticum Sanctuarium ab omnibus reputatur. Aedificium propterea ipsum, iam rude atque inornatum, christifidelium oblationibus ob accepta beneficia ad Fratres Carmelitas, qui inibi Sacra implent, indesinenter pervenientibus, in pulcriorem formam redactum est atque affabris divitibusque artis operibus decoratum; in eodemque sacrae functiones sollemni pompa frequentes peraguntur ac devote ab ipsis Fratribus, qui spirituali item peregrinorum adsistentiae cura sollerti consulunt. Nunc autem cum dilectus Filius Noster Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Venetiarum Patriarcha et Venerabilis Frater Veronensium Episcopus Nobis amplissime commendent preces Prioris Fratrum Carmelitarum Discalceatorum in Sanctuario Sanctae Theresiae a Puero Iesu de «Toinbetta», qui ad decus augendum sanctuarii eiusdem a Nobis suppliciter demisseque efflagitavit, ut, votis quoque fidelium loci obsecundantes, templum praedictum Basilicae minoris titulo ac dignitati de Apostolica benignitate evehere velimus, placet Nobis huiusmodi optatis concedere. Audito igitur Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore, templum Sanctae Theresiae a Puero Iesu in honorem Deo dicatum in loco « Tombetta » nuncupato intra dioecesis Veronensis fines, *Basilicae minoris* titulo ac dignitate perpetuum in modum augemus, privilegiis adiectis quae de iure competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec benigne largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVI m. Aprilis, an. MCMXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. ALEXANDRUM TIT. SANCTAE MARIAE IN COSMEDIN S. R. E. PRESB. CARDINALEM VERDE, DENA LUSTRA SACERDOTII EXPLENTEM.

PIUS" PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Appropinquante natali die sacerdotii tui quinquagesimo, praeclara Nobis praebetur occasio paternos animi sensus tibi aperiendi iucundasque ob sacrum faustumque eventum gratulationes ipsimet patefaciendi. Siquidem bac diuturna sacerdotalis muneris perfunctione, ab ipso aetatis flore usque ad hanc venerandam senectam, Apostolicae huic Sedi iugiter inservisti, praecipuam operam studiumque Sacro Nostro Consilio Ritibus tuendis praeposito assidue navando. Postquam enim minora ibidem officia alacriter obiisti, Promotor Generalis Fidei renuntiatus, ac deinde gravissimo a Secretis munere per decennium fere perfungens, sollertes curas cogitationesque tuas impendisti, ut summis laudibus mentisque honoribus afficerentur christiani heroës, qui in terris hisce peregrinantes splendidissimo virtutum exemplo emicuerint. Nos itaque, haec inter cetera promerita tua perspecta habentes, exeunte anno sacro MDCCCCXXV, te Romana purpura condecoratum ad supremum Ecclesiae Senatum cooptare voluimus, ut ipse, maiore auctoritate praeditus, pluribusque Romanae Curiae officiis consiliisque adscriptus, operam tuam Sanctae huic Sedi incumbere pergeres. Nunc vero, oblatam nacti sacri istius eventus opportunitatem, tibi, Dilecte Fili Noster, de sacro munere tam diu diligenterque peracto deque proxima iubilaei tui faustitate laeto animo gratulamur, simulque, felicissima quaeque ominantes, Deum instanti prece rogamus, ut incolumem vegetamque senectutem, caelestibus donis solaciisque recreatam, quam diutissime in Ecclesiae utilitatem tueri benigne velit. Quarum quidem supernarum gratiarum conciliatrix ac praenuntia, peculiarisque caritatis Nostrae testis esto Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, cunctisque coniunctis, familiaribus amicisque tuis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxv mensis Martii, in Annuntiatione Beatae Mariae Virginis, anno MDCCCCXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM EUGENIUM TIT. SS. IOANNIS ET PAULI S. R. E. PRESB. CARDINALEM PACELLI, A PUBLICIS NEGOTIIS EUMDEMQUE S. R. E. CAMERARIUM, QUEM LEGATUM MITTIT BUDAPESTINUM AD CONGRESSUM EUCHARISTICUM XXXIV EX OMNIBUS GENTIBUS CELEBRANDUM

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Praeclara Hnngarornm fides ac flagrans caritate pietas summo illo studio enitent, pro solemnia Congressus Eucharistici ex omnibus nationibus Budapestinum proxime ineundi integrum iam annum apparantur. In omnibus profecto Hungariae regionibus, praeeunte quidem nobilissima urbe capite, omnes civium classes et ordines, sacro quodam certamine indicto, piis religionis exercitationibus alacrem operam dederunt, ut, puris mentibus animisque divino igne inflammatis, ad sollemnes triumphus divini Agni sub velis eucharisticis latentis celebrandos se exhibeant. Illud autem magnopere Nobis placuit, quod, non modo dilectissimae Hungariae fideles, verum etiam quotquot in orbe terrarum catholico nomine gloriantur mature invitati sunt, ut, consociatis una mentibus precibusque, tot blasphemias et crimina Dei maiestatem impudenter denegantium vel eandem aperte aut vaferrima hypocrisi oppugnantium publica christianae fidei professione sacrorumque rituum participatione luce palamque expient. In tanta enim divinorum humanorumque iurium perturbatione, in tanto foederum pactorumque publicorum discrimine, tamque tristi in rerum vicissitudine, nihil sane aptius salutariusque esse ducimus, quam ut aversi hominum oculi mentesque deerrantes ad vera sempiterna nec mutabilia revocentur, infirmique animi caelesti Pane roborati omnia consilia atque incepta ad leges aeternas, solidissima iustitiae pacisque fundamenta, dirigere ac moderari queant. Nos itaque eiusmodi studia ac proposita dilaudantes, Congressionis istius celebrationem, quae, et frequentia selectorum hominum et sollemnium apparatuum splendore, magnifica ac frugifera admodum portenditur, intimo animi Nostri affectu atque singulari omnino significatione participare exoptamus. Quod quidem percommode facere instituimus, te Legatum Nostrum eligendo, Dilecte Fili Noster, qui instantiae Nostrae quqtidianae, sollicitudini omnium Ecclesiarum tanta animi alacritate ac prudentia operam industriamque confers adsiduam. Te igitur, Dilecte Fili Noster, fidelem perque disertum Nostrae mentis interpretem, Legatum

a latere Nostro mittimus ad Congressum ex omnibus gentibus Eucharisticum Budapestini celebrandum, ut ipse, Nostram gerens personam, sacris ritibus caeremoniisque auctoritate Nostra praesideas. Argumenta autem, quae de sanctissima Eucharistia pertractanda in coetibus proponuntur, maxime idonea videntur ad reconciliandos per vinculum caritatis augusto Sacramento exhibitum seiunctos hominum animos, ad componendos ipsos quoque populos, qui, haud pauci, iniquis oculis inter se aspicientes, infestis crudelibusque armis ingentia mala et calamitates acerbissimas communi mortalium generi aut inferre non desinunt aut manifestius in dies minitantur. Peropportune autem, nono exeunte saeculo a felici obitu Sancti Stephani, primi Hungariae regis, gloriosa huius nationis primordia recolentur. Testis enim est Hungaria ipsa, nullum a Deo munus posse vel hominibus singulis vel civitatibus dari maius, quam ut eius beneficio et accipiant catholicam fidem et acceptam perseveranter retineant. Ille quidem sanctus Stephanus, christianus princeps spectatissimi exempli, merito gentis Hungaricae firmamentum praecipuum ac lumen salutatur, quod eam, religionis verae observantia, non modo ad sempiternam salutem adipiscendam instruxit, sed humani quoque civilisque cultus praesidiis auxit atque nobilita vit. Inde sane, praeter commoda et ornamenta cetera, haud exiguus provenit hominum numerus, qui vitae integritate, doctrina, litteris, artibus, gestis muneribus, semetipsos et patriam luculentissime illustrarunt. Haec itaque beneficia, has laudes veras carissimae Nobis Hungaricae nationi ceterisque universi orbis populis libenter ominati, tibi, Dilecte Fili Noster, caelestium luminum copiam a Deo adprecamur, ut concreditum munus, eximia officii tui dignitate et Romanae purpurae magnificentia exornatum, ad felicem salubremque exitum perducatur. Cuius quidem conciliatrix esto ac praenuntia Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, Legationis ipsius sociis, actuoso Cardinali Archiepiscopo Strigoniensi, ceterisque Ecclesiae cardinalibus et Praesulibus, itemque civilibus Hungariae Magistratibus, nec non omnibus iis, qui Congressui praesentia vel animo aderunt, effusa in Domino caritate impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi apud Romam, die xn mensis Maii, in festo Sanctorum Nerei et Achillei, anno MDCCCCXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

PIUS PP. XI

NUNTIUS RADIOPHONICUS

A BEATISSIMO PATRE, DIE XXVI MENSIS IUNII ANNO MCMXXXVIII, AD URBEM QUEBECENSEM DATUS AD EXITUM CONGRESSUS NATIONALIS EUCHARISTICI CANADENSIS.

Venerabiles Fratres, dilecti Filii. — Hac sollemni hora, dum « Rex regum ac Dominus dominantium »[1] candidis Eucharistiae delitescens velis, caritati vestrae immensa caritate sua respondet, ac summum apud vos agens triumphum, suis vos cumulat caelestibus muneribus, maximo Nobis gaudio ac solacio est vos quasi praesentes alioqui, ac paternum vobis pandere animum Nostrum.

Iamprimisque gratulamur vobis vehementer, quod avitam maiorum vestrorum fidem magis hodie magisque revirescere videmus, vosque cernimus praeclara eorum exempla piissima quadam contentione aemulari. Quae quidem praeclara exempla haud mediocri cum delectatione menti Nostrae succurrunt; Nostramque spem erigunt fore ut, quemadmodum superiore aetate, ita in praesens flexamina divini Redemptoris gratia ex Eucharistiae Sacramento uberes vobis quoque edat christianae pietatis christianaeque vitae fructus.

En adsunt vobis e caelis, ac faustum eiusmodi eventum participant sanctissimi illi e Canadensi Natione Martyres, quos haud multis ante annis sanctitudinis Nos diademate decoravimus; vos libentes respiciunt; vosque, suis vestigiis insistentes, ad sempiternam secum una invitant beatitatem.

Itemque vobis adsunt non pauci viri ac mulieres, evangelica virtute praestantes, quorum causa apud Sacram Rituum Congregationem agitur, quique — ut Franciscus De Montmorency-Laval, primus Quebecensis dioecesis episcopus, ut Margarita Bourgeoys, ut Catharina Tekakwitha — <(spectaculum facti... mundo et angelis et hominibus »[2] tantopere elaborarunt in sua suorumque salute procuranda, et in catholica provehenda religione.

Nostis profecto, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, undenam ipsi vim virtutemque hauserint, qua permoti ac roborati, sanctitatis iter volenti strenuoque animo ingressi sunt; ex Augusto nempe altaris Sacramento, quod reapse est « frumentum electorum et vinum germinans virgines ».[3]

[1] I Tim., VI, 15; Apoc., XIX, 16.
[2] I Cor., IV, 9.
[3] Zach., IX, 17.

Ad hoc igitur caeleste convivium, ad hoc divinae caritatis mysterium, summa pietate incensoque amore, adeamus omnes; eoque refecti ac confirmati, a Christo Domino, qui « caelum laetificat, et mundum conservat universum »[4] non modo nobis ac christifidelibus universis, sed aberrantibus etiam e recto itinere hominibus, nimio saepius terrena obcaecatis cupidine, vel odio simultateque aestuantibus, veritatem, concordiam caritatemque deprecemur.

Ac peculiari modo, pacis, unitatis caritatisque dona, quae ex divina Eucharistia oriuntur, Canadensi Nationi imploremus, in quam e tot gentibus ac stirpibus homines in praesens confluunt; ita quidem ut « una sit fides mentium et pietas actionum ».

Et Benedictio Dei Omnipotentis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, descendat super vos et maneat semper.

[4] *De Imit. Ch.*, 1. IV, c. I, 13.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

i

DECRETUM

DAMNATUR LIBER CUI TITULUS : « INITIATION AU NOUVEAU TESTAMENT », AUCTORE O. LEMARIÉ.

Feria IV, die 15 Iunii Ï938

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, praehabito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur :

O. LEMARIÉ, *Initiation au Nouveau Testament.*

Et sequenti Feria V, die 16 eiusdem mensis et anni, Ssñius D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. XI, in solita audientia Excmo ac Revmo D. Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 17 Iunii 1938.

R. Pantanetti, *Supr. S. Congr. S. Officii Notarius.*

II

DECRETUM

DE SPECIALI DEVOTIONE ERGA SACRUM CAPUT D. N. IESU CHRISTI NON INTRODUCENDA.

Quaesitum est ab hac Suprema Sacra Congregatione Sancti Officii an specialis devotio erga Sacrum Caput D. N. Iesu Christi introduci possit.

In Plenario Conventu habito Feria IV, die 15 Iunii 1938, Eñii ac Revmi DD. Cardinales, rebus fidei ac morum tutandis praepositi, re

mature perpensa et praehabito RR. DD. Consultorum voto, attento quoque Decreto diei 26 Maii 1937 « De novis devotionis formis non introducendis », decreverunt specialem devotionem erga Sacrum Caput Domini Nostri Iesu Christi non esse introducendam.

Et sequenti Feria V, die 16 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. Pius Divina Providentia Pp. XI, in solita audientia Excmo ac Revmo D. Adsessori Sancti Officii concessa, hanc Emorum Patrum resolutionem Sibi relatam approbare et confirmare dignatus est, et publici iuris fieri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 18 Iunii 1938.

R. Pantanetti, *Supr. S. Congr. S. Officii Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

CHATAMENSIS

DECRETUM

MUTATIONIS TITULI DIOECESIS ET EPISCOPALIS CATHEDRAE TRANSLATIONIS

Cum civitas *Chatam,* ubi sedes et cathedra dioecesis eiusdem nominis constitutae fuerunt, paulatim, una cum regione circumstante, incolis decrescere visa sit; altera vero civitas *Bathurst* in dies auxerit et modo floreat, ita ut pro fidelibus princeps habeatur locus totius dioecesis, Exc. P. D. Patritius Chiasson, Episcopus Chatamensis, humiles porrexit preces ut sedes episcopalis a *Chatam* ad *Bathurst* transferretur, mutatis hac ratione titulo dioecesis et ecclesia cathedrali.

Porro Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI, omnibus perpensis, precibus benigne annuens, suppleto quorum interest vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Apostolicae potestatis plenitudine, sedem episcopalem dioecesis hactenus Chatamensis appellatae, in civitate *Bathurst* erigit et constituit; a qua proinde eadem dioecesis posthac « Bathurstensis in Canada » nuncupantur.

Ecclesiam vero Sacratissimo Cordi Iesu dicatam, in eadem civitate exsistentem, in cathedralem eiusdem dioecesis Bathurstensis in Canada erigere Sanctitas Sua dignata est, cum omnibus iuribus et privilegiis, ad tramitem iuris communis spectantibus; suppressa idcirco cathedralitate ecclesiae sub titulo S. Michaelis Archangeli, in civitate *Chatam* exstantis.

Ad haec autem exsecutioni mandanda Ssmus Dominus Noster deputat Revmum D. Humbertum Mozzoni, Regentem Delegationem Apostolicam in Ditione Canadensi, eidem tribuens omnes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum ecclesiastica dignitate ornatum, facto onere mittendi, intra sex menses, ad hanc S. Congregationem Consistorialem authenticum exemplar peractae exsecutionis actus.

Hisce super rebus eadem Sanctitas Sua praesens edi iussit Consistoriale Decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae essent. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 13 Martii 1938.

Fr. C. R. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. © S.

V. Santoro, *Adsessor.*

II

AUGUSTANAE-MONACENSIS ET FRISINGENSIS

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Fideles pagorum *Faistenberg* et *Hoftenleiten* pertinentes ad paroeciam *Iffeldorf,* in dioecesi Augustana, ab Apostolica Sede efflagitarunt, ut a memorata paroecia, ob magnam distantiam, seiungerentur et viciniori paroeciae *Beuerberg,* archidioecesis Monacensis et Frisingensis, aggregarentur.

Iamvero Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI, rei opportunitate perpensa, attento consensu Ordinariorum utriusque dioecesis necnon favorabili voto Exc. P. D. Caesaris Orsenigo, Archiepiscopi titularis Ptolemaidensis in Libya et Nuntii Apostolici in Germania, oblatas preces benigne excipiendas decrevit.

Quapropter, vi praesentis Decreti Consistorialis, statuit ut praefati pagi *Faistenberg* et *Hohenleiten* a paroecia *Iffeldorf* et a dioecesi Augu-

stana separentur atque paroeciae *Beuerberg* ad archidioecesim Monacensem et Frisingensem pertinenti, perpetuo attribuantur, mutatis hac ratione finibus earumdem dioecesium.

Ad haec autem exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua, deputare dignata est eumdem Exc. P. D. Caesarem Orsenigo, ipsi tribuens facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere mittendi intra sex menses ad hanc S. Congregationem Consistorialem authenticum exemplar peractae executionis actus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 9 Aprilis 1938.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

h. © S.

V. Santoro, *Adsessor.*

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 4 Martii 7938. — Cathedrali Ecclesiae Metensi praefecit Exc. P. D. Iosephum Heintz, hactenus Episcopum Trecensem.

die 28 Maii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Soteropolitanae Exc. P. D. Gustavum Carolum de Majlath, hactenus Episcopum Albae Iuliensis.

die 30 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Oibiatanae Revmum D. Tihamerum Toth, professorem in Facultate theologica Universitatis Budapestinae, deputatum Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Ferdinandi Rott, Episcopi Veszprimiensis.

die 13 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Sophonensi Exc. P. D. Eduardum 0'Rourke, hactenus Episcopum Gedanensem.

— Cathedrali Ecclesiae Gedanensi Rmum D. Carolum Mariam Splett, parochum eiusdem cathedralis Ecclesiae Gedanensis.

die 1 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Sebastenae in Palaestina Exc. P. D. Franciscum M. Berti, hactenus Episcopum Amerinum.

—¡ Titulari episcopali Ecclesiae Dorylaënsi Exc. P. D. Gherardum Sanctem Menegazzi, hactenus Episcopum Comachensem.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis ut infra datis decretis Sacri Consilii Christiano Nomini Propagando, Ssmus Dnus Noster Pius div. Prov. Pp. XI dignatus est sequentes providere Ecclesias, nimirum :

die Maii 1938. — Titulari episcopali Ecclesiae Araxensi praefecit R. P. Ludovicum Morel, e Missionariis de Scheut, quem constituit Vicarium Apostolicum de Suiyüan.

— Titulari episcopali Ecclesiae Hermonthitanae R. P. Henricum Horst, Societatis Missionariorum Africae sodalem, quem constituit primum Vicarium Apostolicum de Lwangwa.

die 23 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Lebessenae R. P. Georgium Rossi, Piae Societatis Taurinensis a S. Ioseph presbyterum, quem constituit Vicarium Apostolicum Napensem.

II

NOMINATIONES

Sacrum Consilium Christiano Nomini propagando datis decretis, ut infra, ad suum beneplacitum renunciavit :

die 20 Maii 1938. — R. P. Alexandrum Digard, O. F. M., *Praefectum Apostolicum de Iduhsien.*

die 21 Maii. — R. P. Iacobum Ioannem Mariam Küsters, Congregationis Missionariorum a S. Familia sodalem, primum *Praefectum Apostolicum de Bandjermasin in Indiis Hollandicis.*

— R. P. Ferdinandum Loy, Societatis Verbi divini presbyterum, primum *Praefectum Apostolicum de Sinhiang.*

— R. P. Inigum Maximilianus Koenig, Societatis divini Salvatoris sodalem, primum *Praefectum Apostolicum de Shaowu.*

die 31 Maii. — R. P. Felicem Herrmann, O. F. M., primum *Praefectum Apostolicum de Karafuto in Iaponia.*

die 3 Iunii. — R. P. Ladislaum Lombos, O. F. M., primum *Praefectum Apostolicum de PaoTcing.*

die 10 Iunii. — R. P. Ioannem Angelum Romaniello, e Societate de Maryknoll, primum *Praefectum Apostolicum de Kweilin.*

— R. P. Danielem Gomes Junqueira, e Congregatione S. Spiritus, *Praefectum Apostolicum de Gubango in Angola.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

... i

SAVONEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVAE DEI MARIAE IOSEPHAE ROSSELLO E TERTIO ORDINE S. FRANCISCI, FUNDATRICIS INSTITUTI FILIARUM NOSTRAE DOMINAE A MISERICORDIA.

SUPER DUBIUM

An, stante heroicarum virtutum et duorum miraculorum approbatione, TUTO *procedi possit ad sollemnem praedictae Venerabilis Beatificationem.*

S. Augustinus illud psalmi commentans : *Deus meus misericordia, mea,* «O nomen, scribit, sub quo nemini desperandum est! *Deus meus,* inquit, *misericordia mea.* Quid est *misericordia meaf,* Si dicas salus mea, intelligo quia dat salutem; si dicas, refugium meum, intelligo quia confugius ad eum, si dicas fortitudo mea, intelligo quia dat tibi fortitudinem. Misericordia mea quid est? Totum quicquid sum, de misericordia tua est)) *(Enarr. in Ps. 58,* pr. fin.). Venerabilis Maria losepha Rossello uni Deo confisa, ab eo salutem accepit; ad eum confugit in tribulationibus, quibus undique premebatur, ab eo fortitudine, in periculis omne genus, roborata fuit, uno verbo recte Deo dicere et ipsa poterat: «Totum quidquid sum, de misericordia tua est. *Deus meus misericordia mea!* » Porro mirandum sane est rudem feminam, in parvo prope Savonam oppido, Albisola Marina, a. 1811 e pauperibus operariis, Bartholomaeo et Maria Dedone, natam, quae famulatui nonnullos per annos Savonae se addixerat, tanta opera patrare valuisse. Hieronyma Benedicta, quae nomina ei in baptismo fuerant imposita, quum a. 1837, Savonensi Episcopo Augustino De Mari favente, novum Institutum

pro puellis, praesertim, derelictis atque infirmis, opitulandis condidit, ob tenerrimam religionem erga Beatam Virginem a *Misericordia,* cuius veneranda imago Savonae a Pio VII sa. me. non multis ante annis aureo diademate fuerat redimita, eiusque Sponsum S. Ioseph, nomen Maria Iosepha sibi assumpsit suoque Instituto *Filiarum Dominae* iVio-* *strae a Misericordia* titulum esse voluit. Huic divinae misericordiae innixa, fortissime cuncta quaeque superavit adversa, et, licet se nihil esse existimaret, omnia se posse in Deo, qui misericordia sua eam confortabat, factis ostendit. Humanam enim virtutem excedere videtur intra quadraginta annorum spatium fere septuaginta sui Instituti domos seu in Italia, seu in australi America condere, omnique necessaria re instruere : omnium et singularum sororum utriusque hemisphaerii animos qua voce, qua scripto, ad virtutes et perfectionem promovere, clericale Seminarium pro ecclesiasticis vocationibus fovendis condere, plura nosocomia administrare ea sapientia et prudentia, ut magna sibi summorum virorum conciliaverit admirationem.

Actuosam hanc vitam ardentissima caritas tum in Deum cum in proximum alebat, quae Dei Famulam laboribus fractam die 7 Decembris a. 1880 sancto excessu Savonae coronavit.

Equidem Mariae losephae Christus arduum munus pro Dei gloria in terris adimplendum dedit: quod ipsa, Eius auxiliante gratia, eo studio ac fidelitate obivit, ut christianae perfectionis culmen attigerit. Sane post peractas in Savonen. et Platen. Curiis ordinarias de eius sanctitatis fama inquisitiones, ceterisque servatis de iure servandis, eius Causae Introductio per decretum diei 23 Iulii anno 1924 Ssmi D. N. auctoritate concessa est. Perfectis postea apostolicis processibus, iisdemque triplici actione apud sacram Congregationem rite, prouti de iure discussis, de heroicitate virtutum Servae Dei, die 19 Martii a. 1936 **est** decretum.

Accedente vero divino miraculorum signo, perfectisque omnibus ad id de iure requisitis, de iisdem constare apostolica auctoritate per decretum die 10 Aprilis huius anni edictum est.

Ut autem ad ulteriora procedi quiret, hoc unum supererai dubium discutiendum : *An, stante heroicarum virtutum et duorum miraculorum approbatione, Tuto procedi possit ad praedictae Venerabilis Beatificationem.* Quapropter in Generalibus Comitiis coram Ssmo D. N. Pio Papa XI die 10 mensis huius Revmus Cardinalis Raphael Carolus Rossi, causae Ponens, dubium hoc proposuit, cui tum Revmi Cardinales cum Officiales Praelati Patresque Consultores unanimiter affirmativo suffragio responderunt.

Quam sententiam Beatissimus Pater benigne quidem excepit, sed suum proferre supremum iudicium distulit, rem interim omnium praesentium precibus commendans. Hoc autem quum hac die edere constituisse^ Domini in caelos Ascensioni sacra, Revnios Cardinales Camillum Laurenti S. R. C. Praefectum, et Raphaelem Carolum Rossi, Causae Ponentem, atque R. P. Salvatorem Natucci generalem Fidei Promotorem meque infrascriptum Secretarium ad Se advocavit, divinaque oblatione peracta, edixit: *Tuto procedi posse ad sollemnem Venerabilis Mariae losephae Rossetto Beatificationem.*

Apostoli verbis concludere placet : *Unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi: propter quod dicit: Ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus (Eph.,* IV, 8). Porro amplissima gratiae dona, quae Mariae Iosephae a Christo data fuere, eam a captivitate liberatam altius in caelum cum Christo conscendere fecisse, merito hodie, in huius diei laetitia, gratulamur.

Hoc autem decretum publici iuris fieri, in acta S. R. C. referri, Apostolicasque litteras sub anulo Piscatoris de sollemnibus Beatificationis, in Vaticana Basilica quandocumque celebrandis, Sanctitas Sua expedire mandavit.

Datum ex Arce Gandulphi, diei 26 maii a. D. 1938.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. £B S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II "

AQTJEK

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI MARIAE DOMINICAE MAZZARELLO, CONFÜNDATRICIS INSTITUTI FILIARUM MARIAE AUXILIATRICIS.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur

« Pone te semper ad infimum et dabitur tibi summum » (Im. Chr., II, X, 16). Ven. Maria Dominica Mazzarello « Mornese » in Aquensi Dioecesi, humili loco orta a. 1837, sub sapienti S. Ioannis Bosco magisterio, qui praeclaras animi dotes in puella perspexerat, adeo miras in perfectionis semita progressiones fecit, quantum eius postea sanctitas

declaravit. Et quoniam totum sanctitatis fundamentum in humili sui ipsius existimatione consistit, Venerabilis nostra *semper ad infimum se ponebat,* et nonnisi obedientiae virtute a suo sancto magistro Coacta novae *Filiarum Mariae Auxiliatricis* familiae regimen suscepit, tantaque prudentia tenuit, Institutumque dilatavit, ut merito Confundatricis titulo ab hac Sacra Congregatione fuerit decorata. *Datum ei est* itaque etiam ab hominibus *summum.* Sed ipse Deus post eius obitum, qui die 14 Maii a. 1881 contigit, sanctitatem humillimae virginis magnificare voluit, eius interventione plures gratias largiendo, ex quibus nonnullae ut vera miracula sunt habenda, quorum duo ab actoribus fuere selecta, Sacraeque huic Congregationi eo fine exhibita, ut ad sollemnem beatificationem via sterneretur.

Puerula Herculina Mazzarello Iulio mense nata a. D. 1912 post tres menses totali crurium paralysi fuit affecta. Medici omnes seu curantes seu ab hac Sacra Congregatione adsciti, qui morbum hunc infantilem paralysim esse edixerunt, crurum atrophia aliisque adiunctis perpensis, concorditer in eam devenerunt sententiam, quod puerula per totam vitam ambulandi facultate privata foret. Humanis remediis incassum cedentibus, Venerabilis Maria Dominica novendialibus precibus fuit enixe invocata. Ultimo harum die, vicesimo nempe Augusti a. 1916, dum puerula cum alia puella humi sedens oblectabatur, extemplo pedibus se erigit, stat, ambulat, immo rure redeunti matri obviam currit. Duo, ut patet, in singulari hac sanatione sunt miranda : instantánea videlicet musculorum, nervorum, ossiumque crurum reparatio ab atrophia, nec non ambulandi, et a fortiori currendi, recepta facultas, quae nonnisi post multos conatus postque longum tempus paullatim acquiritur. In perfecte recuperata valetudine perseverat adhuc sanata. Miraculo sanationem tres a curatione medici, tresque ex officio periti tribuunt.

Tubercularis péritonites cum chronica ascite, quae duodecim annorum puellam, Rosam Bellavita, iamdiu forte affecerat, magis manifeste Novembri mense a. 1925 erupit; Martio autem mense mediante sequentis anni eamdem fere ad mortis limen adduxit. Cum nulla amplius sanationis spes affulgeret, novendiales preces, ut Deus per Venerabilis Mariae Dominicae merita aegrotam sanitati restitueret, die 19 eiusdem mensis sunt inceptae. Eadem nocte puella placido somno corripitur, mane facto e lecto surgit, ad Ecclesiam pedes se confert, sacramentis reiicitur, longam in orando ibi producit moram, domum revertitur, manducat, nullisque amplius usque adhuc praeteriti morbi reliquiis fuit obnoxia.

Super altero miraculo apostolica inquisitio in Ianuensi Curia, super altero vero in Mediolanensi peracta est. Iuridica utriusque inquisitionis vis ab hac sacra Congregatione die 26 Ianuarii a. 1937 fuit recognita, quam sacrae Congregationis sententiam die 3 Februarii Sanctitas Sua confirmavit.

De utroque miraculo in Antepraeparatorio Consultorum Coetu coram Cardinali Alexandro Verde, Causae Ponente seu Relatore, die 20 Iulii elapsi anni disceptatum est : item die 22 Februarii anni huius in Praeparatorio coram Patribus Cardinalibus. Die demum 10 mensis huius coram Ssmo D. N. Pio Papa XI Generalis Congregatio habita est, in qua Revmus Cardinalis Ponens seu Relator Dubium proposuit discutiendum : *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.* Revmi Cardinales, officiales Praelati et PP. Consultores sua edidere suffragia. Quibus auditis, Beatissimus Pater adstantes, ut preces ingeminarent est hortatus, ut maiori a Deo lumine Ipse illustraretur. Suam autem sententiam pandere hac sollemni Ascensionis Domini die statuit. Quapropter ad Se Revmos Cardinales Camillum Laurenti S. R. C. Praefectum et Alexandrum Verde, Causae Ponentem seu Relatorem, nec non R. P. Salvatorem Natucci Fidei Promotorem generalem, meque infrascriptum Secretarium accivit, Sacraque hostia sancte litata, edixit : *Constare de instantánea perfectaque sanatione cum Herculinae Mazzarello ab insanabili paralysi infantili spinali acuta in inferioribus artubus, tum Rosae Bellavita a gravissima peritonite tuberculari ascitica.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. R. C. referri mandavit.

Datum ex Arce Gandulphi, die 26 Maii a. D. 1938.

C. Card. **LAURENTI,** *Praefectus.*

L. $ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA EOMANA EOTA

Citatio edictalis

BABYLONEN. SYRORUM

NULLITATIS MATRIMONII (FADI-LAURENCB)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dfiae Clarae Laurence, in causa conventae, eamdem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 6 Octobris 1938, hora 10, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Clarae Laurence, curare debent ut de hac citatione edictali ipsa moneatur.*

Stanislaus Janasik, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 28 Iunii 1938.

I. Pendola, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Claire Laurence défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, 94) le 6 Octobre, à 10 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté et fixer le jour de la décision de la cause.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Mme Claire Laurence devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì, 30 giugno 1938, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza S. E. il Sig. Dott. don **JOSÉ YANGTJAS MESSIA**, Visconte di Santa Clara de Avedillo, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Governo Nazionale di Spagna, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 14 giugno 1938, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali, dei Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi, per discutere su due miracoli che si asseriscono operati ad intercessione della Venerabile Serva di Dio Francesca Saveria Cabrini, Fondatrice dell'Istituto delle Missionarie del Sacro Cuore di Gesù.

Martedì, 21 giugno 1938, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Boetto, Ponente o Relatore della causa di beatificazione e canonizzazione della Venerabile Serva di Dio Filippina Duchesne, della Compagnia delle Suore del Sacro Cuore, si è adunata la S. Congregazione dei Riti, con l'intervento dei Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi, per discutere su due miracoli che si asseriscono operati ad intercessione della suddetta Venerabile Serva di Dio, e che vengono proposti per la sua beatificazione.

Martedì, 28 giugno 1938, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, Vescovo di Ostia e Albano, Decano del Sacro Collegio, Ponente della causa di canonizzazione della Beata Gemma Galgani, si è adunata la S. Congregazione dei Riti, con l'intervento dei Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi, per discutere su due miracoli che si asseriscono operati ad intercessione della stessa Beata Gemma Galgani, Vergine, e che vengono proposti per la sua canonizzazione.

Martedì, 5 luglio 1938, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali, dei Revmi Prelati Officiali e dei Consultori teologi, per discutere su due miracoli che si asseriscono operati ad intercessione della Venerabile Emilia de Vialar, fondatrice dell'Istituto delle Suore di S. Giuseppe dell'Apparizione.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

13 giugno 1938. Il Revmo Padre Teofilo Liburdi, dell'Ordine dei Frati Minori, *Consultore della Suprema Sacra Congregazione del Sant'uffizio.*

28 » » L'Illmo sig. Conte Francesco Cantuti Castelvetri', *Comandante della Guardia Palatina d'Onore.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

22 aprile 1938. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Carlo Salotti, *Protettore dell'Istituto delle Suore Terziarie Francescane Elisabettine* (Padova).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Caccia Dominioni, *Protettore dell'Istituto delle Figlie di S. Giuseppe di Rivalba* (Torino).

25 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Maglione, *Protettore dell'Istituto delle Vittime Espiatrici di Gesù Sacramentato di Casoria* (Napoli);

5 maggio » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Francesco Marmaggi, *Protettore della Congregazione delle Figlie dell'Immacolata Concezione* (Varsavia).

16 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Tisserant, *Protettore delle Benedettine di Nostra Signora del Calvario* (Orléans).

» » » S. E. Revnia Mons. Gaetano Cicognani, Arcivescovo tit. di Ancira, *Nunzio Apostolico nella Spagna presso il Governo Nazionale di Salamanca.*

Assistenti al Soglio Pontificio:

I giugno 1938. S. E. Revnia Mons. Carlo Giuseppe Eugenio Ruch, Vescovo di Strasburgo.

27 » » S. E. Revma Mons. Pietro Calchi-Novati, Vescovo di Lodi.

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

15 settembre 1937. Monsig. Giovanni Cullen, del Patriarcato di Lisbona.

II aprile 1938. Monsig. Andrea J. Burns, deUa diocesi di Rockford.

21 » » Monsig. Francesco A. Roell, della diocesi di Indianapolis.

10 maggio 1938. Monsig. Giovanni Battista Montini (Roma).
21 » » Monsig. Pietro Gorla, dell'archidiocesi di Milano.
3 giugno » Monsig. Antonio Considiney della diocesi di Galway.

Prelati Domestici di Sua Santità:

23 novembre 1936. Monsig. Edoardo Brennan, dell'archidiocesi di Toronto.
» » » Monsig. Giovanni Giuseppe McGrand, della medesima archidiocesi.
1 febbraio 1938. Monsig. Leopoldo Krebs, dell'archidiocesi di Vienna.
25 » » Monsig. Ronaldo Beatón, della diocesi di Victoria nell'Isola Vancouver.
27 Monsig. Martino A. Fitzpatrick, della diocesi di Brooklyn.
» Monsig. Giuseppe F. Conway, della medesima diocesi.
» Monsig. Arminio J. Pfeifer, della medesima diocesi.
28 Monsig. Giovanni J. Clarke, della medesima diocesi.
» Monsig. Francesco J. Uleau, della medesima diocesi.
» Monsig. Ottavio Silvestri, della medesima diocesi.
» Monsig. Giorgio A. Metzger, della medesima diocesi.
» Monsig. Francesco P. Oonnelly, della medesima diocesi.
Monsig. Carlo J. Canivan, della medesima diocesi.
» Monsig. Giovanni McEnroe, della medesima diocesi.
» Monsig. Guglielmo T. Dillòn, della medesima diocesi.
» Monsig. Patrizio Giovanni Barry, della medesima diocesi.
14 marzo Monsig. Teodoro Landry, della diocesi di S. Germano di Rimouski.
1 aprile Monsig. Enrico Petit, della diocesi di Ginevra.
» Monsig. Luigi Waèber, della medesima diocesi.
» Monsig. Carlo Boxler, della diocesi di Friburgo.
5 Monsig. Filippo Sanabia, dell'archidiocesi di S. Domingo.
12 Monsig. Michele Riordan, dell'archidiocesi di Baltimora.
» Monsig. Francesco J. Conron, della diocesi di Rockford.
» Monsig. Giovanni L. Sheridan, della diocesi dì Albany.
Monsig. Rocco Vilei, dell'archidiocesi di Otranto.
20 Monsig. Giuseppe Procopio de Magalhâes, dell'archidiocesi di S. Paolo del Brasile.
27 Monsig. Romolo Pantanetti (Roma).
28 Monsig. Enrico Chappoulie, dell'archidiocesi di Parigi.
9 maggio Monsig. Luigi Arrigoni, dell'archidiocesi di Milano.
10 » Monsig. Giovanni Gonçalves da Costa, della diocesi di Oporto. *
11 Monsig. Alfonso Gilbert, della diocesi di Saint-Dié.
17 Monsig. Gildo Brugnola, della diocesi di Narni.

18 maggio 1938. Monsig. Luigi Ligutti, della diocesi di Des Moines.
» » » Monsig. Carlo F. McEvoy, della diocesi di Syracuse.
29 » » Monsig. Giovanni Colgan, del Vicariato Apostolico del Distretto occidentale del Capo di Buona Speranza.
» » » Monsig. Giovanni Morris, del medesimo Vicariato Apostolico.
30 » » Monsig. Giorgio Leduc, dell'archidiocesi di Cambrai.
1 giugno » Monsig. Patrizio F. Kennedy, della diocesi di Salt Lake.
» » » Monsig. Giovanni Hummel, della diocesi di Green Bay.
» » » Monsig. Guglielmo J. Drummy, della diocesi di Peoria.
10 » Monsig. Carlo Colli, dell'archidiocesi di Milano.
» » Monsig. Giovanni Giacomelli, della diocesi di Trieste.
» » » Monsig. Giovanni Grenouillet, della diocesi di Marsiglia.
12 » » Monsig. Giovanni Lauro, dell'archidiocesi di Sorrento.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda dell'Ordine Pïano:

12 aprile 1938. Al sig. Emilio Pozzi, dell'archidiocesi di Milano.
30 » » Al sig. Vittorio Bucaille, dell'archidiocesi di Parigi.
9 maggio » Al sig. Conte Giovanni Chiassi (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

13 maggio 1938. Al sig. Clemente dei Conti Pietromarchi, Guardia Nobile di Sua Santità.
11 giugno » Al sig. Conte Carlo Nasalli Rocca di Corneliano, Guardia Nobile di Sua Santità.

La Placca dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

27 aprile 1938. Al sig. comm. Alberto Claessens, dell'archidiocesi di Malines.
14 giugno » Al sig. comm. Giulio Dassonville, dell'archidiocesi di Rennes.

La Commenda con Placca dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

30 aprile 1938. Al sig. Alessandro Angeli (Francia).
» » » Al sig. JPietro Guinant (Francia).
» » » Al sig. Eugenio Muginot (Francia).
11 giugno » Al sig. Paolo Vaio t (Francia).

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

26 febbraio 1938. Al sig. I. Raoul Boulet, della diocesi di Trois Rivières.
18 marzo Al sig. dott. Gustavo Clément, della diocesi di Friburgo.
1 aprile Al sig. Armando Godoy, della diocesi di Sion.
10 » Al sig. Domenico Giuseppe Caccia, delParcliidiocesi di Torino.
21 » Al sig. dott. Agostino Baisi (Roma).
30 Al sig. Renato Le Gentil (Francia).
» » Al sig. dott. Alberto Degrenne (Francia).
» » Al sig. Massimo Guérineau (Francia).
» » Al sig. Gustavo Guillemard (Francia).
» » Al sig. Roberto Grente (Francia).
» » Al sig. Giovanni Locquin (Francia).
» Al sig. Giovanni De Bourguignon, Conte di S. Martino (Francia).
14 maggio Al sig. dott. Alberto Adragna, della diocesi di Trapani.
15 » Al sig. dott. ing. Aristide Giannelli, dell'archidiocesi di Messina.
Al sig. ing. arch. Francesco Valenti, della medesima archidiocesi.
Al sig. Giuseppe Alfredo Restuccia, della medesima archidiocesi.
18 Al sig. dott. Baldassare Melconian, del Patriarcato Armeno di Cilicia.
27 Al sig. dott. Carlo Gand, della diocesi di Amiens.
» Al sig. Giovanni Michele Tucker, dell'archidiocesi di Westminster.
Al sig. Alfredo Michelin, dell'archidiocesi di Parigi.
Al sig. dott. Paolo Förstner (Ungheria).

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

17 dicembre 1937. Al sig. Francesco Fabián, della diocesi di Sabaria.
26 marzo 1938. Al sig. dott. Vincenzo Porta, della diocesi di Vicenza.
» » » Al sig. dott. Felice Saggiorato, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Carlo Maslen, dell'archidiocesi di Westminster.
2 maggio » Al sig. Giacomo Cals, della diocesi di Ruremonda.
» » » Al sig. Francesco Ludovico Guglielmo Janknecht, della medesima diocesi.
9 » » Al sig. Antonio Stanislao De Mello, dell'archidiocesi di Delhi e Simia.
18 » » Al sig. Luigi Giuseppe Saverio Gillot, della diocesi di Autun.

21 maggio 1938. Al sig. dott. Nelson Hume, della diocesi di Hartford.
» » » Al sig. ing. agr. Prospero Lavallée, della diocesi di Angers.
» » » Al sig. Giuseppe Enrico Guglielmo De Marré, dell'archidiocesi di Malines.
31 » » Al sig. Marco Giroud, della diocesi di Grenoble.
» » » Al sig. Andrea, Bacci, della diocesi di Massa Carrara.
» » » Al sig. Enrico Albouy, della diocesi di Nîmes.
I giugno » Al sig. Enrico Luigi B. Digby-Beste, dell'archidiocesi di Bombay.
4 » » Al sig. Luigi Bène, dell'archidiocesi di Lione.
» » » Al sig. Luigi Mercier, della medesima archidiocesi.
II » » Al sig. avv. Guglielmo Magnaghi, della diocesi di Vigevano.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

17 maggio 1938. Al sig. Don Francesco dei Marchesi Theodoli, Esente Ononario della Guardia Nobile Pontificia.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

23 maggio 1938. Al sig. Capitano Giovanni Battista Wiart, del Vicariato Apostolico di Saigon.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

30 aprile 1938. A S. E. il sig. Ammiraglio Luciano Lacaze (Francia).
19 maggio » Al sig. Conte Luigi Cornet de Wayo Ruart (Belgio).
» » » Al sig. Barone Roberto Capelle (Belgio).

La Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

6 aprile 1938. Al sig. comm. prof. Francesco Saverio Zimmermann (Austria).

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

13 aprile 1938. A S. E. ifsig. Giuseppe Renato Morales y Valcárcel, Ministro Plenipotenziario della Repubblica di Cuba in Francia.
30 » Al sig. Achille Villey (Francia). ,
» » Al sig. Ruggero Langeron (Francia).
» » Al sig. Renato Failliot (Francia).

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

7 febbraio 1938. Al sig. rag. Ares Azzario, dell'archidiocesi di Milano.
31 marzo » Al sig. dott. Riccardo Testa (Roma).
6 aprile » Al sig. Pietro Rossi (Roma).

10 aprile 1938. Al sig. Angelo Michelotti, dell'archidiocesi di Torino.
9 maggio » Al sig. ing. Benedetto Pallini, della diocesi di Grosseto.
» » » Al sig. avv. Amilcare Ooncialini-Lazzeretti, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Ezio Eutizio Salvi, della diocesi suburbicaria di Sabina e Poggio Mirteto.
14 » » Al sig. Innocente Loi, della diocesi di Trieste.
27 » » Al sig. Cesare Vittorio Valenti, della diocesi di Livorno.
11 giugno » Al sig. prof. Giuseppe Gattafoni, della diocesi suburbicaria di Frascati.
14 » » Al sig. Guglielmo Sala, dell'archidiocesi di Milano.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

21 marzo 1938. Al sig. Lucio Principali, della diocesi di Tivoli.
23 » » Al sig. Salvatore Grasso, della diocesi suburbicaria di Velletri.
» » » Al sig. Ambrogio Molla, dell'archidiocesi di Siracusa.
4 » » Al sig. Raimondo Riesgo la Pereda Concego (Roma).
9 » » Al sig. Giuseppe Rosati (Roma).
11 » » Al sig. dott. rag. Mario Bertoni, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. rag. Virgilio Dionigi (Roma).
22 » Al sig. Carlo Pesenti, della diocesi di Bergamo.
7 maggio » Al sig. ing. Franco Belloni, della diocesi di Crema.
9 » » Al sig. Giuseppe Mussa, della diocesi di Grosseto.
» » » Al sig. Lucio Igino Zanon, della diocesi di Biella.
16 » » Al sig. dott. Salvatore Savasta> dell'archidiocesi di Messina.
» » » Al sig. Giuseppe Sacca Zanghi, della medesima archidiocesi.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

3 novembre 1937. Monsig. Giuseppe Arturo de Moura, della diocesi di Taubaté.
» » » Monsig. Giuseppe Alves de Moura, della medesima diocesi.
24 febbraio 1938. Monsig. Edmondo Giuseppe Reilly, della diocesi di Brooklyn.
» » » Monsig. Giacomo Enrico Griffiths, della medesima diocesi.

24 febbraio 1938. Monsig. Arcangelo Raffaele Ciom, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Guglielmo Francesco Daley, della medesima diocesi.
7 aprile » Monsig. Andrea Ratto, dell' archidiocesi di Torino.
14 » » Monsig. Casimiro Kowalski, dell'archidiocesi di Poznan.
21 » » Monsig. Dante Barbieri, dell'archidiocesi di Spoleto.
» » » Monsig. Fabio Fabbi, della diocesi di Norcia.
» » » Monsig. Domenico Trisoglio, della diocesi di Casale Monferrato.
» » » Monsig. Corrado Mingo, della diocesi di Noto.
19 maggio » Monsig. Salvatore Simo, dell'archidiocesi di Monreale.
» » » Monsig. Luigi Zenucchini, della diocesi di Brescia.
» » » Monsig. Damiano Zani, della medesima diocesi.
2 giugno » Monsig. Guglielmo Rockliff, della diocesi di Lancaster.
» » » Monsig. Saverio Cinque, dell'archidiocesi di Amalfi.
9 » » Monsig. Vincenzo Conforti, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni M. Hogan, della diocesi di Ogdensgurg.
» » » Monsig. Walter J. Funcke, della medesima diocesi.
16 » » Monsig. Giuseppe Fabbri, della diocesi di Faenza.

Camerieri Segreti Soprannumerari di Spada e Cappa di S. S.:

2 giugno 1938. Il sig. Clemente Ignazio Brand, della diòcesi di Southwark.
» » » Il sig. Russel Luca Sedgwick, della medesima diocesi.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

9 dicembre 1937. Monsig. Giovanni Belchior, della diocesi di Jacarézinho.
14 aprile 1938. Monsig. Ludovico Górski, dell'archidiocesi di Poznan.

NECROLOGIO

18 maggio 1938. Monsig. Luigi Giuseppe Tournier, Vescovo tit. di Ipseli.
6 giugno » Monsig. Raffaele Guizar y Valencia, Vescovo di Vera Cruz.
27 » » Monsig. Francesco Alberti, Arcivescovo di La Piata.
7 luglio » Monsig. Giuseppe Augusto da Rocha Noronha, Vescovo tit. di Bargala.

An. et vol. XXX 30 Augusti 1938 (Ser. II, v. T) - Num. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA pn PP. n

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

CALBAYOGANA

A DIOECESI CALBAYOGANA IN INSULIS PHILIPPINIS TERRITORII PARS DISMEMBRATUR, EX QUA NOVA ERIGITUR DIOECESIS ((PALENSIS », METROPOLITANAE ECCLESIAE NOMINIS IESU SEU CAEBUANAE SUFFRAGANEA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Si qua in orbe catholico dioecesis exstet, quae vel ob nimiam territorii amplitudinem, vel ob incolarum frequentiam ab uno vel sollertissimo Pastore vix regi queat, ab ea solet Apostolica Sedes partem seiungere, ut nova exinde constituatur dioecesis. Cum itaque Calbayoganae dioecesis, suo in praesenti viduatae Pastore, territorium, peramplas *Samar* et *Leyte* insulas aliasque minores insulas complectens, fidelium numero redundet, enixae Nobis preces porrectae sunt, ut dioecesis ipsa in duas dividatur partes ex quarum altera nova erigi queat dioecesis. Nos autem, probe noscentes id in animarum bonum cessurum, praehabito venerabilis Fratris Gulielmi Piani, Archiepiscopi titularis Nicosiensis, Delegati Apostolici in Insulis Philippinis, favorabili voto, de venerabi-

lium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Consistoriali praepositorum consilio, omnibus mature perpensis, quod a Nobis expostulatum est concedere statuimus. Quapropter, suppleto quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae potestatis plenitudine a dioecesi Calbayogana partem illam separamus *Leyte* insulam complectentem parvasque adiacentes insulas, in quibus sequentes exstant paroeciae : *Taeloban, Palo, Tanauan, Dagami, Burawen, Dulag, Tolosa, La Paz, Abuyog, Hinunangan, Hinundayan, Cabalian, Pintuyan, Liloan, Libagon, Sogod, Banday, Malitbog, Macrohon, Maasin, Matalom, Bato, Hilongos, Hindang, Inopacan, Baybay,. Caridad, Albuera, Ormoc, Merida, Quiot, Palompon, Villaba, San Isidro, Leyte, Biliran, Naval, Caibiran, Capooean, C arigar a, Barugo, Babatugon, San Miguel, Jaro, Alangalang, Pastrana.* Ex harum autem paroeciarum territorio novam ac distinctam erigimus dioecesim, quam a *Palo* urbe *Palensem* nuncupari volumus. Huius vero novae dioecesis sedem in *Palo* urbe, a qua dioecesis ipsa nomen mutuatur, statuimus, quam propterea ad civitatis episcopalis fastigium extollimus, eique concedimus iura et privilegia omnia, quibus ceterae episcopales civitates pollent; Episcopi vero cathedram in ecclesia Transfigurationi D. N. Iesu Christi dicata, in eadem urbe exstante, Agimus, quam propterea ad Cathedralis Ecclesiae gradum et dignitatem evehimus, eique eiusque pro tempore Episcopis omnia tribuimus iura, privilegia, honores, insignia, gratias et praerogativas quibus ceterae cathedrales Ecclesiae earumque Antistites in Philippinis Insulis iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus. Hanc autem novam Palensem dioecesim suffraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae Nominis Iesu seu Caebuanae, eiusque pro tempore Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi Caebuani subiicimus. Nobis insuper et Apostolicae Sedi facultatem reservamus novam ineundi ipsius dioecesis circumscriptionem, quoties id in Domino expedire visum fuerit. Quum vero temporum adiuncta haud permittant quominus in dioecesi Palensi cathedrale Capitulum modo constituatur, indulgemus ut interim, pro Canonicis, dioecesani Consultores ad tramitem iuris eligantur. Volumus quoque ut, quum primum fas erit, iii hac etiam nova dioecesi saltem parvum Seminarium dioecesanum iuxta Codicis iuris canonici normas et regulas a S. Congregatione de Seminariis et Universitatibus Studiorum traditas erigatur. Quod vero attinet ad Palensis dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones ad rem praescribunt. Quod

véro ad clerum praecipue spectat decernimus ut simul ac huius dioecesis erectio ad exsecutionem mandata fuerit, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio legitime exstant. Episcopalem autem mensam novae dioecesis constituent Curiae emolumenta et ceterae oblationes quae a fidelibus, in quorum bonum dioecesis erecta est, praeberi solent. Actuoso tamen Episcopi zelo committitur ut, quam citius fieri poterit, dioecesis dos in bonis immobilibus constituatur. Calbayogani Ordinarii erit omnia documenta et acta, quae modo erectam dioecesim respiciunt, a suae dioecesis cancellaria quam primum fieri poterit episcopali curiae Palensi transmittere, ut in eius archivo religiose serventur. Rebus itaque ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda quem supra diximus venerabilem Fratrem Gulielmum Piani, in Insulis Philippinis Delegatum Apostolicum, deligimus, eique propterea tribuimus omnes ad id facultates necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate vel officio constitutum, facto eidem onere authenticum exemplar peractae exsecutionis actorum ad S. Congregationem Consistorialem intra annum ab his Litteris datis transmittendi. Volumus autem ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel ofiicio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Praesentes autem Litterae et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia et potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis, quibus omnibus, etiam speciali mentione dignis, per praesentes derogamus. Nemini ergo hanc paginam dismembrationis, erectionis, subiectionis, decreti, statuti, concessionis, commissionis, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpse-

rit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die vigesima octava mensis Novembris, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
8. C. Consistorialis a Secretis

Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*
Ludo vicus Kaas, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £B Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LVIII, n. 12 - **Al. Trussardi.**

II

DE BONDO

PRAEFECTURA APOSTOLICA « DE BONDO » IN VICARIATUM APOSTOLICUM EVEHITUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sicubi per apostolicam Evangelii praeconum industriam sedulosque labores in quavis enascenti inter infideles populos ecclesia magnum catholica religio, Deo favente, incrementum fecerit, sane dignum est et congruum, ut ecclesia illa in maiorem dignitatis gradum ab Apostolica Sede evehatur. Dilectus itaque filius Ordinis S. Crucis Magister Generalis, cum reservasset et comprobasset Praefecturam Apostolicam de Bondo in Congo Belgico non mediocres per sui Ordinis Missionales Patres, quorum curis et regimini ecclesia illa concredita est, postremis hisce annis, etsi omnis generis difficultates obstarent, progressus comparavisse, a Nobis fusis precibus postulavit, ut eam Nos in Vicariatum Apostolicum evehere dignaremur. Nos vero, de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Christiano Nomini Propagando praepositorum, attento potissimum venerabilis Fratris Ioannis Dellepiane, Archiepiscopi titularis Stauropolitani, in Congo Belgico Delegati Apostolici, favorabili voto, re mature perpensa, praefatis Magistri Generalis Ordinis S. Crucis Iubenti ánimo precibus annuere censuimus. Quare,

suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum, qui sua interesse praesumant, consensu, suprema Nostra auctoritate, Apostolicam quam supra diximus Praefecturam de Bondo, iisdem servatis limitibus et nomine, ad Vicariatus Apostolici gradum et dignitatem extollimus, erigimus et constituimus; eumque praefato S. Crucis Ordini, cuius Missionarii Sodales in regione illa tanto apostolico hucusque studio adlaboraverunt, etiam in posterum, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, commissum volumus. Huic igitur novo Vicariatui eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent; eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque non obstantibus. Harum vero Litterarrum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem volumus haberi fidem, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die secunda mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno sexto decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Dominicus Spolverini, Arch. Lariss., *Proton. Apost.*
Vincentius Bianchi Cagliesi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LVIII, n. 17 - **Al. Trussardi.**

III

DE SHIHTSIEN

MISSIO « SUI IURIS » DE SHIHTSIEN IN SINIS IN PRAEFECTURAM APOSTOLICAM ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

PusUlus christianorum grex in Missione *sui iuris* de Shihtsien in Sinis, sextum iam annum erecta et dilectis Filiis Missionariis Ss. Cordis Iesu de *Issoudun* concredita, quum aliquantulum creverit et in fide factus sit firmior, ut ab Apostolica Sede Evangelii Praeconibus inibi inter omnis generis difficultates constanter strenueque adlaborantibus meritae laudis testimonium daretur atque simul ad maiores in dies pro Christi nomine exantlandos labores spes et animus adderetur, sane opportunum visum est Missionem illam ad potioris dignitatis gradum evehere. De venerabilium igitur Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, omnibus mature perpensis, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Missionem *sui iuris* de Shihtsien in Sinis in Praefecturam Apostolicam eiusdem nominis suprema nostra auctoritate extollimus, erigimus et constituimus; eamque apostolicis Missionariorum quos supra laudavimus Ss. Cordis Iesu de *Issoudun* curis, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, commissam volumus ac tenore praesentium committimus. Huic propterea novae Praefecturae Apostolicae eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae Apostolicae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent; eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque non obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel oificio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omni-

potentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die secunda mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno sexto decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. B. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Dominicus Spolverini, Aren. Larissen, *Proton. Apost.*
Vincentius Bianchi Cagliesi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LVIII, n. SI - **Al. Trussardi.**

IV

TRENTONENSIS

DIOECESIS TRENTONENSIS DISMEMBRATUR ET NOVA ERIGITUR DIOECESIS « CAMDENSIS ».

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad maius animarum bonum assequendum haud dubie valde prodest recta ecclesiarum in orbe catholico circumscriptio, quae ita vel ordinanda vel immutanda est, ut rerum locorumque adiunctis melius respondere videatur. Quibus de causis peropportunum nunc visum est dioecesim Trentonensem in duas dividere partes et novam exinde dioecesim constituere, alterius Antistitis regimini concredendam. De venerabilium itaque Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Consistoriali praepositorum consulto, ac suffragante venerabili Fratre Hamleto Ioanne Cicognani, Archiepiscopo titulari Laodicensi in Phrygia, Delegato Apostolico in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis, omnibus mature perpensis, id ad rem deducere decrevimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum, qui sua interesse praesumant, consensu, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, e dioecesis Trentonensis territorio civiles comitatus *Oamden, Glorcester, Atlantic, Salem, Cumberland, Capo May* seiungimus, atque e territorio ita avulso novam erigimus et constituimus dioecesim, quae *Camdensis* nuncupantur. Novae huius dioecesis sedem et cathedram episcopalem in urbe Cam-

densi, a qua dioecesis ipsa nomen mutuatur, statuimus, quam propterea ad civitatis episcopalis fastigium extollimus, eidemque omnia concedimus iura et privilegia, quibus ceterae episcopales sedes et cathedrae iure communi fruuntur. Ecclesiam vero paroecialem Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis in eadem urbe exstantem ad ecclesiae cathedralis gradum et dignitatem evehimus. Huic idcirco cathedrali Ecclesiae eiusque pro tempore Episcopis omnia pariter concedimus iura, privilegia, honores, insignia, gratias et praerogativas, quibus ceterae cathedrales Ecclesiae earumque Antistites in America Septentrionali iure communi gaudent. Quod autem attinet ad huius Trentonensis Dioecesim regimen, administrationem, dotationem, itemque clericorum et fidelium iura et onera, aliaque huiusmodi, servanda iubemus, quae hac de re sacri canones, nec non Concilium Plenarium Baltimorense Tertium praescribunt. Quod vero ad clerum praecipue spectat, decernimus ut simul ac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem mandatae fuerint, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio legitime exstant. Usquedum insuper cathedrale capitulum constituatur, volumus ut, ad iuris normam, pro Canonicis dioecesani Consultores eligantur et adhibeantur. Mandamus denique ut documenta et acta universa, quae novam hanc dioecesim respiciunt, quam primum fieri poterit, a dioecesis Trentonensis cancellaria ad dioecesis Camdensis curiam episcopalem tradantur ut in eius archivo religiose serventur. Ad quae omnia ut supra disposita et constituta exsecutioni mandanda venerabilem, quem supra diximus, Fratrem Hamletum Ioannem Cicognani, in Foederatis Americae Septentrionalis Statibus Delegatum Apostolicum, deligimus, eique propterea tribuimus facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus facimus ad S. Congregationem Consistorialem quam primum transmittendi authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar. Volumus autem ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis sigilloque viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus adhibeatur fides, quae hisce praesentibus tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat

inviolabiliter observari debere; et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque : quibus omnibus, etiam speciali mentione dignis, per praesentes derogamus. Nemini ergo hanc paginam dismembrationis, erectionis, concessionis, decreti, commissionis, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die nona mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno sexto decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. B. E.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
S. G. Consistorialis a Secretis

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Beg. in Cane. Ap., Vol. LVIII, n. 60 - **Al. Trussardi.**

NOVARCENSIS-PATERSONENSIS

A DIOECESI NOVARCENSI TERRITORII PARS DISMEMBRATUR, EX QUA NOVA ERIGITUR DIOECESIS SUB NOMINE <(PATERSONENSIS ».

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Recta cuiusvis in orbe dioeceseos circumscriptio eiusque, si rerum temporumque adiuncta id exigant, immutatio, tam maiori spirituali christifidelium bono assequendo, quam pastorali eorum regimini facilius reddendo haud dubie quam maxime conferre videtur. Quibus Nos rationibus permoti, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Car-

dinalium S. Congregationi Consistoriali praepositorum consulto, ac suffragante venerabili Fratre Hamleto Ioanne Cicognani, Archiepiscopo titulari Laodicensi in Phrygia, in Americae Septentrionalis Statibus Foederatis Delegato Apostolico, re mature perpensa, opportunum duximus dioecesim Novarcensem, territorio et fidelium numero redundantem, in duas dividere partes, et novam exinde erigere dioecesim, alterius vigilan tis Antistitis curis et regimini concredendam. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, e dioecesis Novarcensis territorio civiles comitatus perpetuo seiungimus, quibus nomen *Passaic, Morris et Sesseœ;* atque horum comitatuum territorium in novam dioecesim erigimus et constituimus, quam ex *Paterson* urbe *Patersonensem* nuncupari volumus ac decernimus. Novae huius dioecesis sedem et episcopalem cathedram in hac *Paterson* urbe statuimus, quam proinde ad civitatis episcopalis gradum evehimus eidemque sedi et cathedrae omnia tribuimus iura et privilegia, quibus ceterae episcopales sedes et cathedrae iure communi fruuntur. Paroecialem autem Ecclesiam S. Ioannis Baptistae in eadem urbe exstantem ad Ecclesiae Cathedralis dignitatem extollimus, eique propterea ipsiusque pro tempore Episcopis omnia tribuimus iura, privilegia, honores, insignia, gratias et praerogativas, quibus ceterae per orbem cathedrales Ecclesiae earumque Praesules in America Septentrionali iure fruuntur, et iisdem pariter eos adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Donec insuper Capitulum Cathedrale constitutum erit, volumus ut ad iuris tramitem, pro Canonicis, dioecesani Consultores eligantur et adhibeantur. Quod vero ad novae huius dioecesis regimen, administrationem, dotationem, ad fidelium et clericorum iura et onera, aliaque huiusmodi spectat, servanda iubemus quae hac de re sacri canones et Concilium Baltimorense Tertium praescribunt. Quod autem ad clerum praecipue attinet, decernimus ut simul ac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem demandatae erunt, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio legitime exstant. Mandamus denique ut documenta et acta, novam hanc dioecesim respicientia, a dioecesis Novarcensis Curia Episcopali Cancellariae dioecesis Patersonensis quam primum fieri poterit tradantur, ut in eius archivo religiose serventur. Ad quae omnia ut supra disposita et statuta exsecutioni mandanda, venerabilem quem supra diximus Fratrem Hamletum Ioannem Cicognani, in Foederatis Americae Septentrionalis Statibus Delegatum Apostolicum, deligimus, eique propterea facultates tribuimus ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ee-

clesiastica dignitate vel officio constitutum, facto eidem onere ad S. Congregationem Consistorialem quam primum transmittendi authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis, quibus omnibus, etiam speciali mentione dignis, per praesentes derogamus. Nemini ergo hanc paginam dismembrationis, erectionis, decreti, concessionis, commissionis, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero hoc attentare ausu temerario praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die nona mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno sexto decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. B.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
8. C. Consistorialis a Secretis

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*

Loco ® Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LVIII, n. 49 - **Al. Trussardi.**

YI

LTJDOVICOPOLITAlSrA-OWENSBUEaENSIS

A DIOECESI LUDOYICOPOLITANA TERRITORII PARS DISMEMBRATIO, EX QUA NOVA ERIGITUR DIOECESIS, « OWENSBURGENSIS » NUNCUPANDA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Universi catholici orbis sollicitudo Summo Pontifici divinitus commissa exigit ut vel ob auctum fidelium numerum, vel ob nimiam territorii amplitudinem, dioecesium circumscriptio opportune aliquando immutetur. Cum itaque his de causis ecclesiastico dioecesis LudoviCopolitanae regimini valde prodesse visum sit ut ea in duas divideretur partes et nova exinde dioecesis erigeretur, Nos, omnibus mature perpensis, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium rebus consistorialibus praepositorum consilio, ac suffragante venerabili Fratre Hamleto Ioanne Cicognani, Archiepiscopo titulari Laodicensi in Phrygia, Delegato Apostolico in Foederatis Americae Septentrionalis Statibus, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Apostolicae potestatis plenitudine e dioecesis Ludovicopolitanae territorio partem illam perpetuo separamus complectentem comitatus civiles *Ballard, Carliste, Hickman, Fulton, McCracken, Graves, Livingston, Marshall, Calloway, Trigg, Lyon, Crittenden, Caldwell, Christian, Hopkins, Webster, Union, Henderson, Daviess, Eandock, McLean, Ohio, Muhlenberg, Butler, Todd, Logan, Breckinridge, Grayson, Edmonson, Warren, Simpson, Allen,* atque e territorio ita avulso novam erigimus et constituimus dioecesim, quam ab *Owensburgourbe Owensburgensem* nuncupari volumus, coarctatis proinde dioecesis Ludovicopolitanae finibus. Huius novae dioecesis sedem in urbe *Owensburgo,* a qua dioecesis ipsa, uti diximus, nomen mutuatur, statuimus, quam propterea ad civitatis episcopalis fastigium extollimus; Episcopi vero sedem in paroeciali ecclesia Deo in honorem S. Stephani dicata, in eadem urbe exstante, Agimus, eamque igitur ad cathedralis Ecclesiae gradum et dignitatem evehimus, ipsique eiusque pro tempore Episcopis omnia tribuimus iura, privilegia, honores, insignia, gratias et favores, quibus ceterae per orbem cathedrales Ecclesiae earumque Antistites gaudent ac fruuntur, ipsosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus. Quod autem attinet ad huius novae dioecesis regimen et

administrationem, ad episcopalis mensae dotationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris Apostolici, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones nec non Concilium Plenarium Baltimorense Tertium praescribunt. Quod vero ad clerum praecipue spectat, decernimus ut simul ac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem mandatae fuerint, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio legitime exstant. Quum autem temporis adiuncta haud permittant ut in cathedrali Ecclesia Owensburgensi Canonicorum Capitulum modo instituatur, indulgemus ut interim, pro Canonicis, dioecesani Consultores ad iuris normam eligantur. Mandamus denique ut omnia documenta et acta, novam hanc dioecesim respicientia, a Cancellaria dioecesis Ludovicopolitanae quam primum fieri poterit Curiae episcopali dioecesis Owensburgensis tradantur, ut in eius archivo religiose serventur. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum intersit vel sua interesse praesumant auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, etiam si expressa et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia et potestatis plenitudine factas et emanatas perpetuo validas exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane volumus ac decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Ad quae omnia, ut supra disposita et constituta, exsecutioni mandanda venerabilem quem supra diximus Fratrem Hamletum Ioannem Cicognani, in Foederatis Americae Septentrionalis Statibus Delegatum Apostolicum, deligimus eique propterea necessarias ad id et opportunas tribuimus facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto eidem onere ad S. Congregationem Consistorialem authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar transmittendi. Statuimus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo viri in ecclesiastica dignitate

vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides quae hisce Litteris tribueretur si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis tamen ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die nona mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
8. C. Consistorialis a Secretis

Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*
Carolus Respighi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco S Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. IN III, n. 59 - **Al. Trussardi.**

VII

NEO-EBORACENSIS - NOVARCENSIS

AB ECCLESIASTICA PROVINCIA NEO-EBORACENSI DIOECESES NOVARCENSIS ET TRENTONENSIS SEIUNGUNTUR, QUAE UNA CUM NUPER ERECTIS DIOECESIBUS PATERSONENSI ET CAMDENSI NOVAM CONSTITUENT PROVINCIAM ECCLESIASTICAM, A DIOECESI NOVARCENSI, QUAE IN METROPOLITANAM ERIGITUR, « NQVARCENSEM » NUNCUPANDAM.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo utilius ac salubrius spirituali christifidelium bono ac regimini in ecclesiastica Neo-Eboracensi provincia consulatur, quae nimio territorio patere videtur, eam dividere novamque inde provinciam erigere peropportunum aestimatur.

Quare, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Consistoriali praepositorum consulto, audito etiam venerabili Fratre Hamleto Ioanne Cicognani, Archiepiscopo titulari Laodicensi in Phrygia, in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis Delegato Apostolico, omnibus mature perpensis, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel

eorum qui sua interesse praesumant consensu, primum quidem ab illa Neo-Eboracensi Provincia ecclesiastica dioecesim Novarcensem una cum clero et populo seiungimus; ipsamque ab Archiepiscopi Neo-Eboracensis metropolitico iure subtrahimus et in Archidioecesim constituimus, eiusque cathedralem Ecclesiam ad Metropolitanae gradum et dignitatem evehimus. Novae propterea Metropolitanae huic Ecclesiae Novarcensi eiusque pro tempore Archiepiscopis omnia concedimus iura, insignia, privilegia, praerogativas et honores, quibus ceterae per catholicum orbem Metropolitanae Ecclesiae earumque Antistites iure communi fruuntur et gaudent; eosque iisdem pariter adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Metropolitis autem Novarcensibus ius peculiariter tribuimus Crucem intra suae provinciae fines ante se deferendi et Pallio iuxta lyturgiças leges utendi, postquam tamen illud in Sacro Consistorio rite expostulatum et obtentum fuerit. Deinde ab eadem Provincia Neo-Eboracensi dioecesim Trentonensem abstrahimus eaque una cum dioecesi Patersonensi, Apostolicis sub plumbo Litteris *Recta cuiusvis* et dioecesi Camdensi alteris Litteris *Ad maius animarum* externa die a Nobis erectis, novam ecclesiasticam Provinciam Novarcensem efformabit; atque istarum dioecesium Cathedrales Ecclesias Metropolitanae Novarcensi suffraganeas constituimus earumque Episcopos metropolitico Archiepiscopi Novarcensis iuri subiicimus. Ad quae omnia ut supra disposita et constituta exsecutioni mandanda venerabilem, quem supra diximus, Fratrem Hamletum Ioannem Cicognani, in Americae Septentrionalis Statibus Foederatis Delegatum Apostolicum deligimus, eique propterea facultates ad id necessarias et opportunas tribuimus, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate vel officio constitutum, atque eidem onus facimus ad S. Congregationem Consistorialem quamprimum transmittendi authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar. Volumus autem ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et, si secus super his a quo-

cumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis : quibus omnibus, etiam speciali mentione dignis, per praesentes derogamus. Nemini ergo hanc paginam dismembrationis, erectionis, subiectionis, decreti, concessionis, commissionis, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero hoc attentare ausu temerario praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die decima mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno sexto decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. B. E.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
8. C. Consistorialis a Secretis

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*

Loco ® Plumbi

Beg. m Cane. Ap., Vol. LVIII, n. 57 - **Al. Trussardi.**

VIII

CINCINNATENSIS **ET** LUDOVICOPOLITANA

AB ARCHIDIOECESI CINCINNATENSI DIOECESES LUDOVICOPOLITANA, COVINGTONENSIS ET NASHVILLENSIS DISMEMBRANTUR ATQUE NOVA CONSTITUITUR PROVINCIA ECCLESIASTICA EX IPSA DIOECESI LUDOVICOPOLITANA UTI METROPOLITANA ET EX DIOECESIBUS OWENSBURGENSI, NUPER ERECTA, COVINGTONENSI ET N ASH VILLEN SI UTI SUFFRAGANEAE EFFORMATA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo christifidelium regimen facilius ac salubrius exerceatur, perutilis sane est recta Ecclesiarum circumscriptio quae temporum et locorum adiunctis aptissime respondere videatur. Cum itaque ecclesiastica provincia Cincinnatensis nimis pateat, Nos, animarum bonum et ecclesia--

sticae disciplinae utilitatem unice prae oculis habentes, eam aliter circumscribendam novamque exinde provinciam constituendam duximus. Quare, omnibus mature perpensis, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium rebus consistorialibus praepositorum consilio, praehabito voto venerabilis Fratris Hamleti Ioannis Cicognani, Archiepiscopi titularis Laodicensis in Phrygia, Delegati Apostolici in Foederatis Americae Septentrionalis Statibus, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, apostolicae potestatis plenitudine, ab ecclesiastica provincia Cincinnatensi dioecesim Ludovicopolitanam separamus ac seiungimus una cum clero et populo, eamque ad Ecclesiae metropolitanae gradum et dignitatem extollimus. Ipsi propterea eiusque pro tempore Archiepiscopis omnia concedimus iura et privilegia, honores et praerogativas, quibus ceterae metropolitanae Ecclesiae earumque Praesules iure communi gaudent et fruuntur; praecipue vero Archiepiscopo Ludovicopolitano ius concedimus Crucem intra suae provinciae ecclesiasticae fines ante se deferendi et sacro Pallio iuxta liturgicas leges utendi, postquam tamen illud in sacro Consistorio postulatum et obtentum fuerit. Hanc autem novam metropolitanam Ecclesiam eiusque Archiepiscopos iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceterae Metropolitanae earumque Antistites adstringuntur. Ab eadem deinde provincia Cincinnatensi dioeceses Covingtonensem et Nashvillensem seiungimus easque una cum dioecesi Owensburgensi, quam per Apostolicas sub plumbo Litteras *Universi Catholici Orbis* heri a Nobis datas ereximus, metropolitanae Ecclesiae Ludovicopolitanae suffraganeas constituimus, earumque pro tempore Antistites metropolitico Archiepiscopi Ludovicopolitani iuri subiicimus. Ad quae omnia ut supra disposita exsequenda, venerabilem quem supra diximus Fratrem Hamletum Ioannem Cicognani, Delegatum Apostolicum in Foederatis Americae Septentrionalis Statibus, deligimus eique propterea necessarias ad id et opportunas tribuimus facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eique onus imponimus ad S. Congregationem Consistorialem authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar intra sex menses ab his Litteris datis transmittendi. Volumus autem ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum intersit vel sua interesse praesumant, etiam si specifica et in-

dividua mentione digni sint, auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse; sed eas tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super bis a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus derogamus. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, evectionis, concessionis, subiectionis, statuti, mandati et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die decima mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
8. C. Consistorialis a Secretis

Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*
Carolus Respighi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £g Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LVIII, n. 56 - Al. Trussardi.

EPISTULAE

I

AD EXCMTJM P. D. PETRUM EMMANUELEM AMIGO, ARCHIEPISCOPUM EPISCOPUM SOUTHWARCENSEM; PONTIFICALI SOLIO ADSTANTEM, NATALEM DIEM SACERDOTII QUINQUAGESIMUM CELEBRANTEM.

PIUS PP. XI

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Te fauste celebrante dena ab inito sacerdotio lustra, praeclara Nobis praebetur occasio, ut paternae in te Nostrae existimationis dilectionisque publicum testimonium proferamus. Neque enim Nos latet, qua sollertia diligentiaque tam diuturno temporis intervallo pastorale munus perfecerit, quo studio atque alacritate in utilitatem profectumque fidelis populi iugiter incumbas. Tibi igitur, Venerabilis Frater, de sacri iucuhdique eventus faustitate deque communi tuorum gaudio etiam atque etiam gratulamur, instantique prece tibi a Deo exoramus et felicissimam huius lucis sacrique ministerii usuram et laetiora in dies commissi gregis incrementa. Quo autem Nostra istius celebritatis participatio manifestar evadat, tibi, tam egregie de Ecclesia civilique consortione merito, dignitatem archiepiscopalem conferre voluimus, ut ipse. sacro honore decoreque perauctus, ampliores item, opitulante Dei gratia, salutis fructus ex officio pastorali percipias. Tibi praeterea facultatem libenter damus, ut, statuta die, Sacro pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenam iisdem admissorum veniam proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Caelestium quidem donorum in auspicium, inque peculiaris Nostrae caritatis signum, Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater, clero et fidelibus tuae vigilantiae demandatis amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xn men&is Februarii, anno MDCCCCXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. RODERICUM TIT. SANCTAE MARIAE ANGELORUM IN THERMIS S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM VILLENEUVE, ARCHIEPISCOPUM QUEBECENSEM, QUEM LEGATUM DELIGIT AD CONGRESSUM EUCHARISTICUM CANADENSEM QUEBECI INDICTUM.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Singulari animi delectatione haud ita pridem nuntium accepimus, Congressum e tota Canadensi natione Eucharisticum in pernobili ista civitate Quebecensi, proximo exeunte mense, sollemniter celebratum iri. Hoc enim eiusmodi Coetus potissimum spectant, ut Christus Dominus, sub velis eucharisticis benignissime latens, discipulos suos magis magisque ad se convertat rapiatque, dulceque eius iugum pacificumque imperium in singulorum animis, in convictu domestico, in re ipsa publica fortiter firmiterque constabiliatur. Congressio igitur Eucharistica, quae propediem istic inibitur, minime dubitamus, quin eos Canadensi populo allâtura sit fructus uberrimos, quos e similibus alibi peractis antehac, Deo favente, percipi licuit. Quapropter non modo consilia atque incepta ad sollemnes honores erga Augustum Sacramentum tribuendos Nos libenter probamus commendamusque, sed celebrationi ipsi, quae et pia fidelium frequentia et sacrorum rituum splendore frugifera admodum praemonstratur, per Legatum quoque Nostrum, uti iam antea nuntiavimus, praeesse exoptamus. Itaque te, Dilecte Fili Noster, qui perillustrem istam Metropolitanam Sedem tenes ac Romanae purpurae magnificentia praefulges, Legatum Nostrum deligimus ac renuntiatus, ut personam Nostram Quebeci proxime sustineas et Congressui Eucharistico Canadensi Nostro nomine Nostraque auctoritate presideas. Omnes autem, qui istuc convenerint, exhortare, ut Christum Iesum, qui nos suis carnibus alit et vitam ipsius vivere iubet, sic vicissim redament, ut huius fervor caritatis, in omne opus bonum sese effundens, ad Ecclesiae incrementum ac patriae prosperitatem felicissime redundet. Quorum quidem caelestium donorum conciliatrix ac peculiaris dilectionis Nostrae testis esto Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, ceterisque sacrorum Antistitibus, itemque Legationis tuae sociis universisque in Quebecensem urbem conventuris amantissime in Domino impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi apud Romam, die XXXI mensis Maii, anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

I

DECRETUM

SACERDOS FRANCISCUS GRIESE, EX ARCHIDIOECESI PADERBORNENSI ET IN PRAESENS COMMORANS IN CIVITATE BONAERENSI, DECLARATUR EXCOMMUNICATUS VITANDUS.

Feria IV, die 13 Iulii 1938

Cum sacerdos Franciscus Griese, qui in haeresim miserrime incidit et matrimonium, ut aiunt, civile attentavit, eo usque devenerit ut opuscula et libros in vulgus ederet, in quibus, tamquam acerrimus propugnator doctrinarum nuperrime quoque ab Ecclesia damnatarum, fideles ad defectionem a fide christiana excitare et ad rebellionem contra Supremam Ecclesiae Auctoritatem incitare conatur; cumque, iussu huius Sancti Officii ab Ordinario Bonaerensi citatus, ei se sistere renuerit et contumax remanserit, Eñii ac Revmi Dui Cardinales, rebus fidei et morum tutandis praepositi, in plenario conventu eiusdem Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii diei 13 Iulii 1938, praehabito DD. Consultorum voto, praefatum Sacerdotem Franciscum Griese declararunt incursum in excommunicationem ad normam cann. 2314, § 1, n. 1°, § 2 et 2388, § 1, necnon in irregularitatem ex delicto ad normam can. 985, 1°, 3°; attenta vero ipsius pervicacia et inaudita impietate, decreverunt eum habendum esse tamquam nominatim et expresse excommunicatum vitandum ad normam can. 2258, § 2, cum omnibus iuris effectibus, monitis christifidelibus de prohibitione cum eodem Sacerdote communionem habendi iuxta can. 2267.

Et in sequenti Feria V, die 14 Iulii 1938, Ssnius D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. XI, in solita audientia Excmo ac Revmo Domino Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi hanc Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publici iuris fieri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 21 Iulii 1938.

R. Pantanetti, *Supr. S. Congr. S. Officii Notarius.*

II

DECRETUM

DAMNANTUR OPERA ALAFRIDI LOISY

Feria IV, die 20 Iulii 1938

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Revmi Domini Cardinales, rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito RR. DD. Consultorum voto et habito prae oculis decreto diei 1 Iunii 1932 quo proscripta fuerunt *opera omnia* Alafridi Loisy usque ad illum annum publici iuris facta, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendos mandarunt libros eiusdem auctoris ab anno 1932 editos, qui sequuntur :

La religion d'Israël, troisième édition;
La naissance du christianisme}
Le Mandéisme et les origines chrétiennes;
Y a-t-il deux sources de la Religion et de la Moralet
Remarques sur la littérature épistolaire du Nouveau Testament;
Les origines du Nouveau Testament;
Georges Tyrrell et Henri Brémond;
La crise morale du temps présent et l'éducation humaine.

Et sequenti Feria V, die 21 eiusdem mensis et anni, Ssmus D.]Si. Pius Divina Providentia Pp. XI. in solita Audientia Excnlo ac Revmo D. Adsessori S. Ofiicii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Ofiicii, die 26 Iulii 1938.

R. Pantanetti, *Supr. S. Congr. S. Officii Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 9 Iunii 1938. — Metropolitanae Ecclesiae Rheginensi praefecit Exc. P. D. Henricum Montalbetti, hactenus Archiepiscopum Dercensem.

die 11 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Nisenae in Lycia Exc. P. D. Franciscum Tief, hactenus Episcopum Concordiensem in America.

die 25 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Vitensi Exc. P. D. Timotheum Corbett, hactenus Episcopum Crookstoniensem.

die 9 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Rancaguensi R. D. Eduardum Larrain Cordovez, Vicarium Capitularem eiusdem dioecesis.

die 21 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Ilcinensi R. D. Irenaeum Chelucci, Vicarium Generalem Ecclesiae cathedralis Pistoriensis.

die 30 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Burlingtonensi R. I). Matthaeum Brady, parochum in dioecesi Hartfortiensi.

— Cathedrali Ecclesiae Caratingensi R. P. Ioannem Cavati, Congregationis Missionis.

die 8 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Carianensi, R. D. Thaddaeum Zakrzewski, Antistitem urbanum, Rectorem Pontificii Instituti Poloni Romae, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Stanislai Lükomski, Episcopi Lomzensis.

die JtO Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Meloënsi in Isauria, R. D. Vladislaum Goral, Canonicum Capituli Cathedralis Lublinensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Leonis Fulman, Episcopi eiusdem dioecesis.

die 17 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Fluminensi R. D. Hugonem Camozzo, Canonicum poenitentiarium Basilicae Patriarchalis Venetiarum.

— Cathedrali Ecclesiae Amerinae R. D. Vincentium Lojali, Cubicularium intimum supra numerum, Canonicum Praepositum Capituli Cathedralis Amer ini.

— Cathedrali Ecclesiae Neritonensi R. D. Ianuarium Fenizia, Archidioecesis Neapolitanae.

SACRA•-CONGREGATIO DE PROPAGANDA EIDE

i

VALDIYIENSIS-ARAUCANIAE

DECRETUM
DE FINIUM MUTATIONE

Cum Excmus Vicarius Apostolicus Araucaniae et Excmus Administrator Apostolicus Valdiviensis, attento bono animarum utriusque regionis, simul convenissent ut paroecia de *Freiré,* hucusque ad Administrationem Apostolicam Valdiviensem pertinens, Vicariatui Apostolico Araucaniae committeretur atque ad hoc Sedis Apostolicae Decretum postulavissent, obtento consensu S. C. Consistorialis, sub cuius ditione regio Valdiviensis iacet, visum est Eminentissimis Patribus huius S. Congregationis Fidei Propagandae, in Plenariis Comitiis diei 28 huius mensis, de re opportune tractare.

Prae oculis autem habita conventione inter duos Excmos Ordinarios supra memoratos peracta, EE. PP. paroeciam de *Freiré* ab Administratione Apostolica Valdiviensi segregandam et Vicariatui Apostolico Araucaniae adnectendam esse censuere, ita ut flumen *Tolten* limites inter Administrationem Apostolicam Valdiviensem et Vicariatum Apostolicum Araucaniae deinceps determinaret.

Quam Eminentissimorum Patrum sententiam, in Audientia diei 29 eiusdem mensis ab infrascripto huius S. C. Secretario Sibi relatam, Ssmus D. *"N.* Pius Div. Prov. Papa XI in omnibus probavit, territorium paroeciae de *Freiré,* ut supra delimitatum, Vicariatui Apostolico Araucaniae aggregavit et hoc Decretum in vulgus edi mandavit.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem S. C. de Propaganda Fide, die 30 Martii a. D. 1938.

p. Card. **FUMASONI BIONDI,** *Praefectus.*

L. © S.

f C. Costantini, Archiep. tit. TheOdos., *Secretarius.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis, ut infra, datis decretis Sacri Consilii Christiano domini propagando, Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XI dignatus est sequentes providere Ecclesias, nimirum :

die lJf Iunii 1988. — Cathedrali Ecclesiae de Cuttack praefecit R. P. Florentium Sanz-Esparza, C. M.

— Cathedrali Ecclesiae Gulburnensi Exc. P. D. Terentium Bernardum McGuire, hactenus Episcopum de Townsville.

— Metropolitanae Ecclesiae Columbensi R. P. Ioannem Mariam Masson, Congregationis O. M. I. presbyterum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sebeliensi R. P. Ludovicum Prosperum Durand, O. P. M., iam Praefectum Apostolicum de Wei-hai-wei, quem constituit Vicarium Apostolicum de Chefoo.

— Titulari episcopali Ecclesiae Philitanae R. P. Alphonsum Van dèn Bosche, Congr. Ssmi Redemptoris presbyterum, quem constituit Vicarium Apostolicum de Matadi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Andropolitanae R. P. Henricum Piérard, Piae Societatis Presbyterorum ab Assumptione sodalem, quem constituit Vicarium Apostolicum de Beni.

die Ï8 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Toowoombensi R. D. Basilium Roper, presbyterum dioecesis Ballaratensis.

— Cathedrali Ecclesiae de Townsville R. D. Hugonem Eduardum Ryan, presbyterum dioecesis Sandhurstensis.

die îk Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Cucusenae R. P. Constantinum Gomez Villa, O. M. Cap., quem constituit Vicarium Apostolicum Caronensem.

die 16 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Alexandrinae Minori Exc. P. D. Pium Maturinum Le Ruyet, hactenus Episcopum Aimerensem.

III

NOMINATIO

Sacrum Consilium Christiano Nomini Propagando, decreto die 17 mensis Iunii a. 1938 dato, ad suum beneplacitum renunciavit R. P. Ioannem Henricum Mazoyer, O. M. I., primum *Praefectum Apostolicum de Vientiane et Luang Prabang.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

CHICAGIEN. SEU LAUDEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI FRANCISCAE XAVERIAE CABRINI, FUNDATRICIS INSTITUTI MISSIONARIARUM A SACRO CORDE IESU.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur

Anno nondum elapso a decreti, heroicas virtutes Ven. Servae Dei Franciscae Xaveriae CabrinJ. approbantis, promulgatione, iam hodie nobis est datum hoc aliud decretum pervulgare, approbationis nempe duorum miraculorum, quae Deus, eadem Serva Dei interveniente, dignatus est operari, quo iter sternitur ad eiusdem sollemnem Beatificationem. Miracula enim sunt divina virtutum alicuius Servi Dei comprobatio, quae nos certos securosque reddit de eius transactae vitae sanctitate eiusque valido apud Deum patrocinio.

Duas vere mirandas sanationes Sacrae huic Congregationi exhibuerunt actores, quae veri miraculi characteres praeseferre visae sunt.

Ambae in America contigerunt, qua in mundi parte plurimum Serra Dei, praesertim pro Italis illuc commigrantibus, adlaboravit, ita ut *Italorum mater* meruerit appellari.

I. Anno 1925 apud Seattle in Hospitali Columbus nomine, in borealis Americae Foederatis Statibus, a Venerabili pro Italis fundato, prior sa-
saltem ab a. 1921 pyloricis ac duodenalibus adhaerentiis fuit affecta,
saltem ab a. 1921 pyloricis ac duodenalibus adhaerentiis fuit affecta,
quae vitam ipsam in discrimen adduxerant. Quapropter quatuor se chirurgicis operationibus subiecit; at incassum. Adhaerentiae enim paucos post dies maiori semper vi iterum renascentes infirmae statum graviorem reddebant. Quum nulla naturalis sanationis, ut ipsi medentes fatebantur, spes effulgeret, ipsaque infirma prope esset moritura, fervidae ad Deum preces seu ab eadem seu a consororibus porrectae sunt. Et mirum! Soror Delphina die 17 Decembris, sacro viatico roborata, hora ante meridiem septima, de repente sanatam se sentit, cibos sumit, vires recuperat, nulla autem amplius anteacti morbi reliqua est passa. Obstupuere omnes, vel ipsi medentes, qui perfectam fuisse sanationem edixerunt.

II. Lex in Foederatis Americae Statibus est, ut in neonatorum oculos quid minimum solutionis nitrati argentei ad rationem unius pro centum iniiciatur. E contra, die 14 Martii a. 1921 in altero Hospitali, Columbus pariter nomine, Neo-Eboraci, ob laicae infirmariae errorem in infantuli Petri Smith oculos nonnullae guttulae solutionis ad rationem quinquaginta pro centum fuerunt iniectae. Uterque oculus exinde ita adustus, ut perpetua caecitas consequeretur. Totam noctem Cabrinianae Sorores preces effundendo insumunt. Mane facto, infantis oculi perfectissime sanati inventi sunt, quasi nullum passi essent infortunium. ,

utramque sanationem praeter et ultra naturae vires evenisse periti in arte concorditer edicunt.

De his sanationibus die 15 Martii mensis anni huius coram Emo Cardinali Alexandro Verde, Causae Ponente seu Relatore, in Antepraeparatoria Congregatione disceptatum est, die autem 14 Iulii in Praeparatoria, die demum 19 mensis huius in Generali, coram Ssmo D. N. Pio Papa XI, in qua idem Rmus Cardinalis Ponens seu Relator dubium proposuit disceptandum : *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum* de quo agitur. Beatissimus Pater Rmorum Cardinalium, Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum suffragiis attento animo auditis, Suam edicere sententiam distulit, ut a Deo maiori lumine, Suis praesentium que precibus illustraretur.

Ut autem suam panderet mentem, diem hanc, trigesimam primam Iulii elegit, Dominicam post Pentecosten octavam, legifero S. Ignatio sacram, cui in animarum salutem procurandam Venerabilis Francisca Xaveria simillima fuit.

Eapropter Rmos Cardinales Camillum Laurenti, S. R. C. Praefectum atque Alexandrum Verde, Causae Ponentem seu Relatorem nec non R. P. Salvatorem Natucci, Fidei Promotorem Generalem, meque infrascriptum Secretarium accivit, sacrosancta autem Hostia religiose litata, edixit : *Constare de duobus miraculis a Deo, Venerabili Francisca Xa-** *veria C abrini intercedente, patratis;* nempe : *de instantánea perfectaque sanatione cum Sororis Delphinac Grazioli ab insanabilibus adhaerentiis pylorioís ac duodenalibus, tum infantis Petri Smith a completa et perpetua caecitate ob gravissimas ustiones cornearum et organorum visus.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta S. R. C. referri mandavit.

Datum apud Castrum Gandulphi, die 31 Iulii a. D. 1938.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. Ç& S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

AQUEN.

BMTIETCATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVAE DEI MARIAE DOMINICAE MAZZARELLO, CONPUNDATRICIS INSTITUTI FILIARUM MARIAE AUXILIATRICIS.

SUPER DUBIO

An stante approbatione virtutum et duorum miraculorum « Tuto » procedi possit ad sollemnem ipsius Venerabilis Servae Dei Beatificationem.

Dicit sapiens : *Cum, adhuc iunior essem... quaesivi sapientiam... in oratione mea. Ante templum postulabam pro illa, et usque in novissimis inquiram eam... Danti mihi sapientiam dabo gloriam* (Eccli. 51: 18,19, 23).

Maria Dominica Mazzarello a teneris unguiculis ad mortem usque, in oratione veram sapientiam, quae Deus est, quaesivit; non huius mundi, quae est stultitia. Deus autem abundanter ei sapientiam tribuit seu internis impulsionibus, seu sapientissimum ei largiendo doctorem, S. Ioannem Bosco, sub cuius magisterio ad christianae et religiosae perfectionis culmen fuit adducta. Maximam eapropter gloriam Maria Dominica Deo eiusque administro dedit, sed et per suas Filias, ubique terrarum diffusas, mirifice dat adhuc.

In oppidulo «Mornese» in Aquen. dioecesi die 9 Maii 1837, ex piis honestisque ruricolis Iosepho et Magdalena Calcagno, inter septem filios prima, nata est Maria Dominica. Indolem sortita bonam, pietatem summopere coluit mentemque, vix rationis usu potita, in Deo defixam iugiter servabat. Quod enim seu domesticis seu agrestibus operibus supererai temporis, orationi impendebat. Antelucanis horis, vel hiberno tempore, nec frigore nec niye praepedita, ad templum accedebat, ante fores, si adhuc nondum reseratae, orationi instabat, summa cura se ad sumendam Eucharistiam comparans.

Piae Filiarum Mariae Immaculatae societati adscita, supra sodales omnes virtute excelluit; quin immo a. 1865 communem, quasi religiosam, vitam cum nonnullis piis puellis instauravit, primum novae religiosae familiae germen, quod S. Ioannis Bosco opera et consilio ita adolevit, ut postea factum sit Institutum *Filiarum Mariae Auxiliatricis.* Maria Dominica enim Filiaeque Mariae Immaculatae die o Augusti a. 1872, coram Episcopo et S. Ioanne, novi Instituti vota nuncuparunt, religiosasque vestes sumpserunt. Huius regimen Mariae Dominicae fuit concre-

ditum, quod ipsa ad mortem usque, obedientia cogente, summa prudentia ac sapientia, licet litterarum paene rudis, retinuit. Institutum enim, ea moderante, mire propagatum est, animarumque uberrimi manipuli collecti; inter sodales vero, suae matris exemplo, voce, scriptis caelesti sapientia refertis, sancta in sectandis virtutibus aemulatio excitata. Et sane unanimiter testes deponunt se nunquam in ea voluntariam notasse culpam; quin immo semper eam coram Deo ambulantem eiusque voluntatem divinae conformatam admiratos esse.

Obedientiam perfectissime servavit, effusissimani erga proximum caritatem exercuit, eamque a Sororibus sibi subditis servandam iugiter fortiterque praecepit. Ut autem multa paucis, virtutibus omnibus excelluit.

Virenti quidem aetate, sed caelo matura, die 14 Maii a. 1881 Mcaeae in subalpinis, lectissimam animam exhalavit.

Sanctitatis fama succrescente, auctoritate Ordinaria in Aquensi Curia ab a. 1911 ad 1917 constructi sunt processus seu super eadem fama, seu super scriptis seu super obedientia Urbanianis decretis de cultu Servis Dei non exhibendo. Duo quoque rogatoriales processus in curiis Bonaerensi et S. Iosephi de Costarica fuerunt adornati. Scriptis approbatis, Ssmus D. N. Pius Papa XI Commissionem Introductionis Causae die 27 Maii 1925 Sua Manu dignatus est signare.

Confirmata Episcopi Aquensis sententia super cultu non exhibito, recognita quoque iuridica vi seu Apostolicarum seu Ordinariarum inquisitionum, de virtutum heroicitate triplici actione apud sacram hanc Congregationem disceptatum est; die autem 3 Maii a. 1936, Sanctitatis Suae auctoritate, approbationis decretum fuit editum. Accedentibus miris signis, adornatisque super his processibus, in triplici, prout moris est, sessione de his miraculis Sacra Congregatio egit, dieque 26 Maii anni huius, Sanctitatis Suae mandato, de duobus miraculis a Deo, venerabili Mazzarello interveniente, patratis constare edictum est.

Ut autem ad sollemnem Beatificationem procedi queat, sapienter a iure requiritur ut a Sacra Congregatione dubium hoc disceptetur : *An stante heroicarum virtutum et duorum miraculorum approbatione, <(Tuto » procedi possit ad sollemnem praedictae Venerabilis Beatificationem.*

Quapropter in generali S. C. Coetu coram Ssmo D. N. Pio Papa XI die 19 huius mensis habito, Rmus Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Relator, dubium hoc proposuit, cui PP. Cardinales, Officiales Praelati et Consultores unanimiter affirmativo suffragio responderunt.

Suam autem mentem Beatissimus Pater aperire aliquantisper distulit, ut maior divini luminis copia, ingeminatis precibus, imploraretur.

Hanc autem diem 31 Iulii, Dominicam octavam post Pentecosten, elegit ut suam definitivam sententiam ederet. Quare ad Se Rmos Cardinales Camillum Laurenti, S. R. C. Praefectum, atque Alexandrum Verde, Causae Ponentem seu Relatorem, nec non R. P. Salvatorem Catucci, Fidei Promotorem Generalem, meque infrascriptum Secretarium advocari mandavit; sacratissimo autem eucharistico sacrificio religiose litato, pronunciavit : « *Tuto* » *procedi posse ad sollemnem Venerabilis Mariae Dominicae M azzar ello Beatificationem.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. R. C. referri, Apostolicasque litteras sub anulo Piscatoris, de sollemnibus Beatificationis, in Vaticana Basilica quandocumque celebrandis, expediri mandavit.

Datum apud Castrum Gandulphi, die 31 Iulii a. D. 1938.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

DECRETUM

SACERDOS LADISLAUS EREMINAS, NATIONE LITUANUS, REDUCITUR AD STATUM LAICALEM.

Ladislaus Ereminas, natus loco « Ribinsk » (Russia) die 23 mensis Aprilis a. 1912, natione Lituanus, in praesens commorans in Italia (Romae, via Quintino Sella, 33, int. 2), quamvis ex pluribus Ecclesiasticis Institutis, etiam Sacra Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus praecipiente, dimissus esset, mentitis documentis ad Sacrum Presbyteratus Ordinem ascendere fraudulenter ausus est.

Quapropter Sanctissimus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI, eiusdem Sacrae Congregationis Praefectus, omnibus Lituaniae Episcopis postulantibus, memoratum Sacerdotem Ladislaum Ereminas, natione Lituanum, ad statum laicalem in poenam redigi atque praesenti Decreto redactum declarari iussit.

De mandato Sanctissimi.

Romae, die trigesima mensis Iunii a. 1938.

E. Ruffini, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (DE MONTBRON—DE LOZADA)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Duae Carmen de Lozada de Montbron, in causa conventae, eamdem citamus ad comparendum in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria, 94) die 10 Novembris 1938, bora undecima, ut quaestionibus respondere possit eidem proponendis.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Carmen de Lozada, curare debent ut de hac edictali citatione ipsa moneatur. *

Iulius Grazioli, *Decanus, Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 27 Iulii 1938.

I. Pendola, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Carmen de Lozada de Montbron, défenderesse en cette cause, nous la citons a comparaître par propre personne au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, 94) le 10 Novembre, à 11 heures, pour répondre aux questions, qui seront lui posées.

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Mme Carmen de Lozada de Montbron devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 19 luglio .1938, nel Palazzo Apostolico di Castel Gandolfo, all'augusta presenza del Santo Padre, si è adunata questa mattina la Sacra Congregazione dei Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi, hanno dato il loro voto sul « Tuto » per la solenne beatificazione della Venerabile Serva di Dio Maria Domenica Mazzarello, confondatrice dell'Istituto delle Figlie di Maria Ausiliatrice, e sui Miracoli deLla Venerabile Serva di Dio Francesca Saveria Cabrini, fondatrice dell'Istituto delle Missionarie del Sacro Cuore di Gesù.

Martedì, 26 luglio 1938, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, Vescovo di Ostia e Albano, Decano del Sacro Collegio e Ponente o Relatore della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Maria Teresa de Soubiran, fondatrice della Congregazione di Maria Ausiliatrice, si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti, con Pintervento dei Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi, per discutere sulle virtù eroiche della suddetta Serva di Dio.

Martedì, 2 agosto 1938, nel Palazzo Apostolico di Castel Gandolfo, all'augusta presenza del Santo Padre si è adunata la S. Congregazione dei Riti con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali, dei Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi per discutere sul « Tuto » per la solenne beatificazione della Venerabile Serva di Dio Francesca Saveria Cabrini, fondatrice dell'Istituto delle Missionarie del Sacro Cuore di Gesù.

NECROLOGIO

.16 luglio 1938. Emo Signor Cardinale GIULIO SERAFINI, del Titolo di S. Maria sopra Minerva.

20 '» » Monsig. Luigi Scheiwiler, Vescovo di San Gallo.

5 agosto » Monsig. Raffaele Edwards Salas, Vescovo tit. di Dodona.

9 » » Monsig. Alfonso Belloso, Arcivescovo di San Salvador.

An. et vol. XXX 15 Septembris 1938 (Ser. II, v. V) - Num. **10**

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

DE BRÖKEN HILL

A PRAEFECf URA APOSTOLICA' DE BRAKEN HILL TERRITORII PARS DISMEMBRATUR, ET NOVA EXINDE PRAEFECTURA APOSTOLICA ERIGITUR, « DB NDOLA » NUNCUPANDA ATQUE ORDINI FRATRUM MINORUM CONVENTUALIUM CONCREDENDA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo evangelica lux inter infideles facilius latiusque diffundatur, sane prodest latissimum plerumque Missionum territorium in partes dividere et novas exinde Missiones constituere, quarum circumscriptio melius locorum adiunctis respondeat. Peropportunum igitur visum est e Praefectura Apostolica de Bröken Hill in Rhodesiae Septentrionalis finibus territorii partem seiungere et novam Praefecturam Apostolicam erigere. Quapropter, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, re mature perpensa ac suppleto, quatenus opus sit quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, apostolicae potestatis plenitudine, e Praefectura illa de Bröken Hill, apostolicis Societatis Iesu curis concredita, eam separamus territorii partem, complectentem districtum civilem de *N dola,* nec non regionem de *Kasempa* cum districtibus

civilibus de *Kasempa, Solwezi* et *Mwinilunga,* eamque « *de N dola* » nuncupari decernimus atque Ordinis Minorum Conventualium sodalibus, qui in eadem Praefecturae Apostolicae de Bröken Hill parte iam sedulo adlaborant, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, concredimus. Novae propterea huic Praefecturae de Ndola eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Antistites iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris tribueretur si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti, decreti et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo octavo, die octava mensis Ianuarii, Pontificatus nostri anno sextodecimo. •

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton.'Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LVIII, n. *64.* - Al. Trussardi.

II

DE SAIGON

A VICARIATU APOSTOLICO DE SAIGON IN INDOSINIS TERRITORII PARS SEIUNGITUR ET EX EA NOVUS ERIGITUR VICARIATUS APOSTOLICUS/ «DE VINH-LONG» NUNCUPANDUS, QUI CLERO INDÍGENAS COMMITTITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In remotas orbis regiones nondum evangelica luce penitus conlustratas mentis Nostrae aciem convertentes, ea omnia ibi procurare satagimus, quae Evangelii praeconum labores expeditiores uberioresque reddant. Ad quod assequendum non parum sane iuvat et Missiones nimio patentes territorio dividere novasque exinde Missiones condere, et eas, quum fieri poterit, clero indigenae concredere, qui, communes cum civibus animum et linguam et mores habens, facilius eos ad Christianam religionem amplectendam, Beo favente, allicere possunt. Cum itaque Vicariatus Apostolicus de Saigon, in Indosinis,sollertibus curis concreditus Societatis Parisiensis Missionum ad exteras gentes, fidelium et indigenae cleri frequentia nec non missionalium operum copia fiorescere comperiatur, Nos, prae oculis habentes'tum venerabilis Fratris Columbani Dreyer, Archiepiscopi titularis Adulitani, iam Delegati Apostolici in Indosinis, tum b. m. Ioannis Baptistae de Guébriant, Archiepiscopi titularis Marcianopolitani, Moderatoris Generalis, dum viveret, praefatae Missionum Societatis, Apostolicae Sedi praehabita vota, postea a vene; rabilibus Fratribus Antonino Drapier, Archiepiscopo titulari Neocaesariensi, in praesenti Apostolico Delegato in Indosinis, et Isidoro Ioseph M. Dumortier, Episcopo Titulari Liparensi, Vicario Apostolico de Saigon, atque a dilecto filio, hodierno eiusdem Societatis Missionum ad exteras gentes Moderatore Generali, confirmata, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, ex Vicariatu illo de Saigon territorii partem distrahere censuimus, in novum Vicariatum Apostolicum erigendum. Omnibus igitur mature perpensis, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine a Vicariatus de Saigon territorio civiles provincias de *Tra-Vinh*, *Vinh-Long,* et *B entré,* et illam provinciae

civilis de *Kantho* partem intra eiusdem Vicariatus fines modo exstantem *t*
separamus, atque territorium ita avulsum in novum erigimus et constituimus Vicariatum Apostolicum, quem ex eiusdem nominis provinciae urbe principe *de Vinh-Long* nuncupari volumus ac decernimus. Novum hunc Vicariatum de Vinh-Long curis committimus, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, cleri ex ipsa Indosinensi gente oriundi, certam foventes spem id in animarum bonum et ad Christi regnum in regione illa dilatandum non parum profuturum. Huic autem Vicariatui eiusque pro tempore Vicariis omnia concedimus iura, privilegia, honores et potestates quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Antistites iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel ofiicio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsáemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, concessionis, decreti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis tamen ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo octavo, die octava mensis Ianuarii, Pontificatus Nostri anno sexto decimo.

Fr. TH; PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. B. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Vincentius Bianchi Cagliesi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LVIII, n 75 - Al. **Trussardí**

III

DE KIENNING

MISSIO « SUI IURIS)) DE KIENNING AD PRAEFECTURAE APOSTOLICAE GRADUM ET DIGNITATEM EVEHITUR, SUB NOMINE « DE KIENOW ».

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Si pusillus quondam dominicus grex in aliqua inter infideles Missione, per indefessos Evangelii praeconum labores, progressus fecerit, congruum sane videtur ut ab hac Apostolica Sede Missio illa ad maiorem dignitatis gradum evehatur. Quod quidem Iubenti animo Nobis hodie datum est efficere in Missione *sui iuris* de Kienning in Sinis, anno millesimo nongentesimo trigesimo primo, die sexta Maii mensis erecta et Ordinis Praedicatorum sodalium curis concredita; in qua exiguus ille christianorum grex paucis annis, Deo favente, incrementum suscepit et firmior in fide factus est. Quamobrem Nos, volentes etiam praefati Ordinis sodalibus, illic inter omnis generis difficultates constanter ardueque adlaborantibus, meritae laudis testimonium dare, quo eis simul spes animusque ad novos in dies labores exantlandos adderetur, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, omnibus mature perpensis, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Missionem *sui iuris* de Kienning in Sinis suprema Nostra auctoritate in Praefecturam Apostolicam evehimus, eamque Ordinis Praedicatorum curis, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, etiam in posterum concreditam volumus. Decernimus insuper ut Praefectura ipsa posthac *de Kienow* nomen habeat, quo nunc unice vulgo nuncupatur. Novae autem huic Praefecturae Apostolicae de Kienow eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, facultates et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti

munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Nostris Litteris haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, concessionis, decreti, mandati et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis, vero, ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo octavo, die octava mensis ianuarii, Pontificatus Nostri anno decimosexto.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
s. c. de Propaganda Fide Praef.

Dominicus Spolverini, Archiep. tit. Larissen., *Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferrétti, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in. Conc. *Ap.,, Vol. JJVIII, n. 71* - **Al. TrussardjL**

DE BENI

MISSIO SUI IURIS « DE BENI ». IN CONGO BELGICO IN VICARIATUM APOSTOLICUM EXTOLLITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Si christifidelium numero et missionalium operum copia quaevis inter infideles gentes enaseens ecclesia praecellere videatur, congruum sane et opportunum existimamus eam ad potiorem dignitatis gradum extollere, ut maius illa in dies animarum bonum assequatur. Iamvero Missio *sui iuris de* Beni in Congo Belgico, anno millesimo nongentesimo trigesimo quarto condita et Piae Societatis Presbyterorum ab Assumptione curis concredita, ob sedulos Missionariorum labores, quamvis omnis generis difiicultatibus praepeditos, tantum, Deo auctore, incrementum; postremis praesertim hisce temporibus, suscepit, ut digna sane visa sit quae ad Vicariatus Apostolici gradum evehatur. Lubenti itaque animo iteratis plecti filii praefatae Societatis Moderatoris Generalis precibus an-

nuentes, quibus ab hac Apostolica Sede expostulatum est ut Missio illa ob felices ab ipsa comparâtes profectus in Praefecturam Apostolicam eveheretur, Nos, attento favorabili voto venerabilis Fratris Ioannis Baptistae Dellepiane, Archiepiscopi Titularis Stauropolitani, Delegati Apostolici in Congo Belgico, dé venerabilium Fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, re mature perpensa, ac suppleto quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, tenore praesentium, Missionem quam supra memoravimus *sui iuris* de Beni in Congo Belgico, eodem nomine servato, illico in Vicariatum Apostolicum evehimus, erigimus et constituimus eumque praefatae tam bene meritae de Missione illa Piae Societati Presbyterorum ab Assumptione, ad Nostrum tamen, et Sedis Apostolicae beneplacitum, concredimus. Huic igitur novo Vicariatui eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia., honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent; eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus/contrariis quibuscumque non obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem quae, hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo octavo, die nona mensis Februarii, Pontificatus Nostri anno sexto decimo.

Fj,. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI, *Cancellarius S. R. E.*, — P. Card. FUMASONI BIONDI, *S. C. de Propaganda Fide Praef.*

Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Vincentius Bianchi Cagliesi, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg, in Canc. Ap., Vol. LIT-,, n. 2 - Al. **Trussardi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

ORDINIS SANCTI BENEDICTI ABBATIA « SUI IURIS » SANCTI MARTINI DE CUCUJAES AD PRIORATUM REDUCITUR EIUSQUE TITULUS ABBATIALIS IN MONASTERIUM S. PETRI DE SINGEVERGA TRANSFERTUR.

-,- PIUS PP. XI .'.

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter Ordinis Sancti Benedicti pe rinsignia in finibus Lusitanis monasteria iam floruerat saeculo undecimo Abbatia Sancti Martini de Oucujäes, cuius tamen, ob temporum iniurias ac vicissitudines quasi exstinetae et a monachis derelictae, nomen tantum ac memoria saeculo decimo nono ineunte manebat. Sed altera eiusdem saeculi medietate monasterium ipsum, iam anno MDCCCLXXV instauratum atque etiam sequenti anno in Conventualem Prioratum erectum, denuo, anno scilicet MDCCCLXXXVIII, sub antiquo titulo Sancti Martini constitutum est in Abbatiam, quae praeterea Congregationi Beuronensi Ordinis Sancti Benedicti afino millesimo octingentesimo nonagésimo quinto unica est. Ex aliquibus vero huiusmodi Abbatiae de Oucujäes monachis Domus Regularis de Sihgeverga, intra fines dioecesis Portugallensis, die festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli an. MDCCCXCII initium suum habuit, sub regimine Abbatiae-matris Sancti Martini; sed postea Domus eadem, cum, multis et magnis superatis difficultatibus, mirabiliter incresceret, in Conventualem sui iuris Prioratum an. MCMXXII erecta est, tunc temporis praelaudatae Congregationi Beuronensi adhuc unita. Eandem autem in domus de Singeverga seu potius Prioratum, ob rerum civilium perturbationes ad tempus relictum, post aliquot annos extra Lusitaniam transactos, monachi reversi, in Opera iidem Missionaria apud indigenas Africae sollerter incumbere coeperunt; ita ut in territorio Moxico Angolae Occidentalis e monachorum de Singeverga laboribus enutrita, lucis evangelicae infidelibus illius longinquae regionis nunciis, nunc Missio etiam habeatur quam, Deo favente, iugiter in melius processuram esse confidimus. Itaque cum res monasterii de Singeverga sive Prioratus praedicti floreant tum numero religiosorum, qui laudibus monachorum enitent, tum aliis bonorum adiunctis, ac praeterea nulla sit spes veterem Abbatiam Sancti Martini de Oucujäes, ex qua Sancti Petri Prioratus provenit, renovandi vel augendi; Abbas Primas Ordinis Sancti Benedicti demissis verbis a Nobis exposcit ut pro benignitate Nostra, domo de Oucujäes ad Prioratum simplicem redacta, eiusdem titulum Abbatialem in Mo-

nasterium Sancti Petri de Singeverga trasferre dignemur. Nos autem, quibus nihil antiquius est quam ut inlustre Ordinis Sancti Benedicti memoriae serventur ipsiusque Ordinis utilitates atque incepta augeantur, precibus praedictis collatis quoque consiliis cum Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationi praepositis pro Religiosorum negotiis pertractandis, concedendum censemus. Praesentium igitur Litterarum tenore, apostolica Nostra auctoritate, titulum abbatialem e Monasterio Sancti Martini de Cucujäes ex nunc in monasterium Sancti Petri de Singeverga transferimus, praedictumque monasterium de Cucujäes in Prioratum simplicem reducimus a nova Abbatia de Singeverga dependentem, eodemque tempore Cellam etiam monasticam quae hucusque exstabat in Tibäes prope Bracaram rite tollimus seu supprimimus. Committimus proinde dilecto filio Ordinis Sancti Benedicti Abbati Primati, ut, praehabitis verbis cum S. R. E. Cardinali Lisbonensium Patriarcha, cumque Apostolico Nostro in Lusitania Nunido, deque eorum consensu ad *sui iuris* Abbatiam Sancti Petri de Singeverga uti supra diximus constituendam procedat ceterasque res explendas quas statuimus, ita ut quam primum nova sui iuris Abbatia privilegiorum Abbatiarum Ordinis Sancti Benedicti particeps fieri ac praesertim proprium habere Novitiatum legitime possit. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant sive spectare poterunt amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die prima m. Iunii, a. MCMXxxvin, Pontificatus Nostri decimo septimo.

E. Card. PACELLI *a Secretis Status.*

; ACTA 88. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i. • ...

PASSA VIENSIS-MONACENSIS ET FRISINGENSIS

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

In vico *Aresing* omnia praedia ad paroeciam *Erharting,* archidioecesis Monacensis et Frisingensis, pertinent, exceptis dnobns quae ad familias *Schmid* et *Scham* spectant quaeque subiecta sunt paroeciae *Winhöring* in dioecesi Passaviensi.

Itaque ab Apostolica Sede expostula tum est ut duo praefata praedia a dioecesi Passaviensi separentur et archidioecesi Monacensi et Frisingensi incorporetur.

Porro Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI, rei opportunitate perpensa, attento consensu Ordinariorum utriusque dioecesis atque praehabito favorabili voto Exc. P. D. Caesaris Orsenigo, Archiepiscopi titularis Ptolemaidensis in Libya et Nuntii Apostolici in Germania, oblatas preces excipiendas decrevit.

Quapropter, vi praesentis Decreti Consistorialis, statuit ut memorata praedia a paroecia *Winhöring* atque a dioecesi Passaviensi seiunguntur et paroeciae *Erharting* in archidioecesi Monacensi et Frisingensi perper tuo attribuantur.

Ad haec autem exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputare dignata est eumdem Exc. P. D. Caesarem Orsenigo, ipsi tribuens facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; facto onere mittendi intra sex menses ad hanc S. Congregationem Consistorialem authenticum exemplar actus peractae executionis. •

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 9 Aprilis 1938.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. % S.

V. Santoro, *Adsessor.*

II

PASSAVIENSIS-MONACENSIS ET FRISINGENSIS

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Fideles praedii *Gasberg,* pertinentes ad paroeciam Sanctae Crucis in dioecesi Passaviensi, ab Apostolica Sede efflagitarunt ut viciniori paroeciae *Trostberg,* in archidioecesi Monacensi et Frisingensis cum proprio territorio aggregarentur.

Pariter incolae praedii *Stöffling,* eiusdem paroeciae Sanctae Crucis expostularunt ut praefatum praedium a memorata paroecia, ob magnam distantiam, seiungeretur et curatiae *Lindach* in archidioecesi Monacensi et Frisingensi incorporaretur.

Porro Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI, rei opportunitate perpensa, attento consensu Ordinariorum utriusque dioecesis atque praehabito favorabili voto Exc, P. D. Caesaris Orsenigo, Archiepiscopi titularis Ptolemaidensis in Llbya et Nuntii Apostolici in Germania, oblatas preces benigne excipiendas decrevit.

Quapropter, vi praesentis Decreti Consistorialis, statuit ut praefata loca a dioecesi Passaviensi separentur atque archidioecesi Monacensi et Frisingensi iuxta petita perpetuo adiungantur.

Ad haec autem exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputare dignata est eumdem Exc. P. D. Caesarem Orsenigo, ipsi tribuens facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; facto onere mittendi intra sex menses ad hanc S. Congregationem Consistorialem authenticum exemplar peractae exsecutionis actus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 9 Aprilis 1938.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

V. Santoro, *Adsessor.*

III

LABINBNSIS - SYPONTINAE

DECRETUM

DISMEMBRATIONIS ET UNIONIS

Cum Apostolicae Sedi supplices porrectae fuerint preces ut insulae *Tremiti,* in mari adriatico sitae, e dioecesi Larinensi, ad quam pertinent, separarentur atque archidioecesi Sypontinae aggregarentur, Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia PP. XI, rei opportunitate perpensa, habito voto favorabili utriusque dioecesis Ordinariorum, oblatis precibus benigne annuens, hoc Consistoriali Decreto, memoratas insulas *Tremiti* e dioecesi Larinensi separat et archidioecesi Sypontinae tam in spiritualibus quam in temporalibus perpetuo aggregat.

Ad haec vero exsecutioni mandanda, idem Ssmus Dominus Noster deputare dignatus est Exc. P. D. Andream Cesarano, Archiepiscopum Sypontinum, eidem tribuens facultates necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere remittendi quam primum ad S. C. Consistorialem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die quarta Iunii 1938.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. © S.

V. Santoro, *Adsessor.*

IV

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 10 Iulii 1938. — Titulari episcopali Ecclesiae Bargalensi praefecit Exc. P. D. Iosephum Marcadé, iam Episcopum Valleguidonensem.

die 27 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Valleguidonensi Exc. P. D. Paulum Richaud, hactenus Episcopum titularem Irenopolitanum in Isauria.

— Cathedrali Ecclesiae Trecensi R. D, Iosephum Lefebvre, Vicarium Generalem dioecesis Pictaviensis.

— Cathedrali Ecclesiae Lingonensi R. D. Firminum Lamy, parochum S. Aloysii in *Vichy,* dioecesis Molinensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Phaenesiensi R. D. Carolum Massé, Vicarium Generalem dioecesis Lucionensis, deputatum Auxiliarem Exc. P. D. Gustavi Lazari Garnier, Episcopi Lucionensis.

die 28 Augusti. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Mcaenae R. D. Aldum Laghi, deputatum Nuntium Apostolicum apud Rempublicam Chilenam.

die 80 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Crookstoniensis. D, Ioannem Peschges, Antistitem Urbanum, parochum in dioecesi Winonensi.

die 1 Septembris. — Metropolitanae Ecclesiae S. Salvatoris in America R. D. Aloysium Chavez, parochum in urbe S. Salvatoris.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

CHICAGrlEN. SEU LAUDEN.

BBATIFIGAÏTONIS BT CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVAE DEI FRANCISCAS XAVERIAE CABRINI, FUNDATRICIS INSTITUTI SORORUM MISSIONARIORUM A S. CORDE IESU.

SUPER DUBIO

An stante approbatione virtutum et duorum miraculorum « tuto » procedi possit ad sollemnem eiusdem Venerabilis Servae Dei Beatificationem.

Sanctus Ecclesiae Doctor Robertus Bellarminus illud psalmi, qui de Christo est, commentans : *Zelus domus tuae comedit me* (Ps. 68), « Zelus domus Dei, scribit, tum corporalis i. e. templi... tum spiritualis, i. e. congregationis fidelium, quam vitiis variis inquinabant [iudaei], comed«bat, i. e. consumebat, urebat, dolore afficiebat ipsum».

Venerabilem Franciscam Xaveriam Cabrini miserrimam tot animarum conditionem prae oculis habentem, Italorum praesertim in Ame-

rieam commigrantium, sine templo, sine scholis, sine nosocomiis, quandoque etiam sine spiritualis ministerii adiumentis, domus Dei zelüs comedit, consumpsit, uSsit, dolore affecit. Hinc missionalis eius spiritus, qui eam a prima pueritia intus invitaba! ad Christi nomen ad extremos terrae fines propagandum, Leonis XIII accedente mandato, vehementius erupit, eamque licet in debili corpúsculo tenui uteretur valetudine, tot tantaque facinora pro Dei gloria animarumque salute exantlare impulit, quanta quis cogitare vix posset.

Augustinus et Stella Oldini christianis virtutibus nitentes, tredecim genuere filios, quorum postrema fuit Maria Francisca, quae in oppidulo « S. Angelo Lodigiano» eodem die 15 Iulii a. D. 1850 et mundo nata et per baptismum caelo renata est. Octo post annos Confirmationis sacrar mento fuit roborata, sequentique anno ad sacram synaxim primitus accessit.

Optimorum parentum curis diligentissime respondens, fratres, sorores, pagique coaequales pietate antecelluit, atque Sancti Spiritus impulsionibus, quae post Confirmationem vehementiores factae sunt, fideliter obsequens, ad ea exequenda, ad quae eam Deus destinaverat, se comparaba!.

Acri intelligentia ditata, ludimagistrae diploma est assequuta; tenerrima autem erga proximos caritate exardescens, infirmos ac egenos quosque sublevare curabat. Religiosam vitam capessere exoptans, quum variis de causis a nonnullis Institutis non fuisset excepta, Laudensis Episcopi Dominici Gelmini consilio et impulsu Cotonei, die 14 Novembris a. 1880 novum *Institutum Sororum Missionariarum a Sacro Corde Iesu* fundavit, cuius sapientes regulas ipsa conscripsit, quas sequenti anno idem Episcopus approbavit. Quod Institutum a. 1888 decretum *Laudis* ab Apostolica Sede obtinuit, die autem 12 Iulii a. 1907 definitivo modo approbationem ab eadem accepit.

Humillima quidem fuere initia. Verum *sinapis granum* factum est arbor, quae, ipsa vivente, ad utrumque mundi hemisphaerium magníficos suos extendit ramos. Septem enim supra sexaginta seu domos pro puellis in quovis bonarum artium gradu instituendis, seu ampla nosocomi», praesertim pro Italis commigrantibus, seu Ecclesias, seu aedes tum pro orphanis excipiendis, cum pro aliis caritatis operibus exercendis, ipsa inops, sed uni Deo immota confidens, qui miris modis Servae Suae fiduciam, labores, aspera itinera, iuges fervidasque preces cum lacrimis largissime est remuneratus, fundavit, constituit, dota vit firmavitque.

Plura centena hominum millia tantae mulieris vere *Christophorae,* quo nomine adhuc puella operam portendebat suam, experta sunt bene-

fida non modo temporalia sed et potissimum spiritualia. Dum Chicagiae, licet fractis viribus, nosocomio amplificando incumbebat, die 22 Decembris mensis a. D. 1917 repentino excessu correpta ad caelos evolavit. Exanime corpus ad locum « West-Park », non longe a Neo-Eboraco, paucis post diebus fuit translatum.

Tanta sanctitatis laude Francisca Xaveria refulserat, ut a. 1928 Chicagiae sequentique anno Laude Pompeia constructi sint processus. Servatis omnibus de iure servandis Ssmus D. N. Pius PP. XI Commissionem Introductionis Causae Sua manu signavit. Apostolicis inquisitionibus ibidem nec non in alma hac Urbe peractis, die 21 Novembris mensis anni elapsi, decretum heroicas virtutes approbans fuit editum. Item die 31 nuper elapsi mensis decretum duo miracula approbans prodiit.

Unum supererai dubium disceptandum, nempe : *An stante approbatione virtutum et duorum miraculorum « tuto » procedi possit ad sollemnem praedictae Venerabilis Servae Dei Beatificationem.*

Dubium hoc Rraus Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Relator, in Generali Sacrorum Rituum Congregationis coetu coram Sanctitate Sua in Apostolico Palatio apud Castrum Gandulphi die 2 mensis huius proposuit disceptandum. Rmi Cardinales, Officiales Praelati, PP. Consultores omnes in affirmativam concessere sententiam. Beatissimus vero Pater suffragia haec benigne laetanterque excepit, suam autem mentem in hanc diem aperire distulit 6 Augusti mensis, Transfiguration! D. N. I. C. sacram, qui quum sit *Candor lucis aeternae, speculum sine\ macula et imago bonitatis illius* (Sap., 7, 26, in Missa Transfig.) suam hanc formam mire in Venerabili Francisca Xaveria impressit. Quocirca accitis Rmis Cardinalibus Camillo Laurenti, S. R. C. Praefecto atque Alexandro Verde, Causae Ponente seu Relatore, nec non R. P. Salvatore Natucei, Fidei Promotore Generali meque infrascripto Secretario, sacroque sancte litato edixit : « *Tuto* » *procedi posse ad sollemnem Vene-' rabilis Franciscae Xaveriae Cabrini Beatificationem.*

Hoc autem decretum promulgari, in acta S. R. C. referri, litterasque apostolicas sub anulo Piscatoris, de sollemnibus Beatificationis, in Vaticana Basilica quandocumque celebrandis, expedire mandavit.

Datum apud Castrum Gandulphi, die 6 Augusti a. D. 1938.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. *f£* S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

VARIATIONES

FACIENDAE IN RUBRICIS BREVIARII ET MISSALIS ROMANI

Edita nuperrime a Sacra Paenitentiaria Apostolica nova Collectione precum et piorum operum, quae a Sancta Sede indulgentiis ditata sunt, ut ampliores istae largitiones suis quibusvis locis adnotarentur, abrogatis veteribus concessionibus, Sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI tributarum, sequentes variationes in rubricis Breviarii et Missalis Romani faciendas esse decrevit : *

I - IN BREVIARIO ROMANO

1. In initio, post verba : *Ordinarium Divini Officii iuxta Ritum Roma-" num persolvendi,* ponatur haec rubrica :

Clericis in sacris constitutis, qui integrum divinum Officium, quamvis in partes distributum, coram Ssmo Sacramento, sive publicae adorationi exposito sive in tabernaculo adservato, devote recitaverint, conceditur : Indulgentia plenaria, si praeterea sacramentalem confessionem instituerint, ad eucharisticum Convivium accesserint et ad mentem Summi Pontificis oraverint. Pius Pp. XI, 23 Octobris 1930.

Iis vero, qui divinum Officium coram Ssmo Sacramento, ut supra, ex parte tantum recitaverint, conceditur : Indulgentia quingentarum dierum pro unaquaque hora canonica. Pius Pp. XI, 18 Maii 1933.

Iisdem autem clericis, qui divinum Officium in alias preces commutatum rite obtinuerint, si preces eiusmodi coram Ssmo Sacramento, uti supra, devote recitaverint, conceditur : Indulgentia plenaria, additis sacramentali confessione, sacra Communione et oratione ad mentem Summi Pontificis. Pius Pp. XÏ, 7 Novembris 1932.

2. In eodem Ordinario, rubrica praemissa Orationi *Aperi Domine,* mutetur in aliam :

Antequam inchoetur ()fficium laudabiliter dicitur, sub singulari semper numero, sequens Oratio; pro qua Summus Pontifex Pius Pp. XI sub die 17 Novembris 1933 Indulgentiam trium annorum concessit.

3. Item in eodem Ordinario rubrica Orationi *Sacrosanctae* praeposita, mutetur in aliam :

Cum expletum fuerit Officium, laudabiliter dicitur sequens Oratio; pro qua Summus Pontifex Pius Papa XI sub die 1 Decembris 1933 indul-

gentiam trium annorum concessit. Praeterea Clericis in sacris constitutis et Sacerdotibus eam devote post Officium recitantibus Summus Pontifex Leo X defectus et culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate coivtractas, indulsit. Dicitur autem flexis semper genibus in privata} etiam recitatione, praeter quam ab iis, qui ob certam infirmitatem vel gravioris impedimenti causam nequeant genuflectere.

II — IN MISSALI ROMANO

Rubricae de indulgentiis appositis ad Orationes pro opportunitate dicendas ante Missae celebrationem reformentur ut sequitur :

1. Ante antiphonam *Ne reminiscaris :*

Quilibet Sacerdos, ex concessione Pii Pp. XI, sub die 3 Octobris 1936. lucrari potest : Indulgentiam quinque annorum, si ante Missae celebrationem, recitet Psalmos 83, 84, 85,115 et 129 cum adnexa antiphona, versiculis et Oremus ut infra; plenariam, si per integrum mensem praedictas preces quotidie recitaverit, additis confessione sacramentali et oratione ad Summi Pontificis mentem.

2. Post inscriptionem *Orat io S. Ambrosii Episcopi* et ante verba Die *Dominica* inseratur rubrica :

Indulgentia trium annorum pro qualibet ex sequentibus orationibus S. Ambrosii si in die assignata recitetur. Pius Pp. XI, 3 Octobris 1936.

3. Ante aliam orationem S. Ambrosii .*Ad mensam* ref ormetur rubrica : Indulgentia trium annorum. Pius Pp. XI, 3 Octobris 1936.

4. Ante orationem S. Thomae *Omnipotens sempiterne Deus* sic. reformetur rubrica :

Indulgentia trium annorum,,; plenaria, dummodo quotidiana orationis recitatio in integrum mensem producta fuerit et praeterea sacramentalis confessio, alicuius ecclesiae vel publici oratorii visitatio et ad mentem Summi Pontificis preces additae fuerint. Pius Pp. XI, 10 Decembris 1936.

5. Ante orationem ad B. Mariam V. O *Mater pietatis* ita mutetur rubrica :

Indulgentia trium annorum. Pius Pp. XI, 3 Octobris 1936.

6. Ante orationem ad S. Ioseph *O felicem virum* mutetur rubrica ut infra

Indulgentia trium annorum. Pius Pp. XI, 3 Octobris 1936.

7. Ante orationem ad omnes Angelos et *Sanctos Angeli, Archangeli* sic mutetur rubrica :

«Indulgentia trium annorum. Pius Pp. XI, 3 Octobris 1936 ».

8. Ante orationem ad Sanctum, O *Sancte* in cuius honorem Missa celebratur, mutetur rubrica :

Indulgentia trium annorum. Pius Pp. XL 3 Octobris 1936.

9. Ad declarationem intentionis ante Missam *Ego volo* ponatur rubrica :

Indulgentia quingentarum dierum. Pius Pp. XI, 12 Iulii 1935.

Rubricae de indulgentiis appositis ad Orationes post Missae celebrationem vel recitandas iuxta *Ritum serv. in celehr. Missae* (tit. XII, n. **6)** vel pro opportunitate dicendas, reformantur ut sequitur :

1. Ante antiphonam *Trium puerorum* mutetur rubrica :

Quilibet Sacerdos, ex concessione Pii XI sub die 3 Octobris 1936, lucrari potest: Indulgentiam quinque annorum, si post Missam celebratam, recitet Canticum Trium puerorum et Psalmum 150 cum adnexa antiphona, versiculis et *Oremus* ut infra; plenariam, si per integrum mensem praedictas preces recitaverit, accedente sacramentali confessione et oratione ad mentem Summi Pontificis.

2. Ante orationem S. Thomae *Gratias tibi ago* inseratur rubrica :

Indulgentia trium annorum; plenaria, oratione quotidie in integrum mensem pie reiterata et additis sacramentali confessione, alicuius ecclesiae vel publici oratorii visitatione et precibus ad Summi Pontificis mentem. Pius Pp. XI, 22 Novembris 1934.

3. Ante orationem S. Bonaventurae *Trans fige* inseratur rubrica :

Indulgentia trium annorum. Pius Pp. XI, 3 Octobris 1936.

4. Ante rhythmum S. Thomae *Adoro te devote* mutetur rubrica:

Indulgentia quinque annorum; plenaria suetis conditionibus, quotidiana rhythmi recitatione in integrum mensem producta. Pius Pp. XI, 12 Martii 1936.

5. Ante aspirationes *Anima Christi* reformetur rubrica :

Indulgentia septem annorum, si Sacerdos post Missam invocationes pie recitaverit; trecentorum dierum toties quoties; plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem invocationum recitatio devote peracta fuerit. Pius Pp. IX, 9 Ianuarii 1854.

6. Ad oblationem sui *Suscipe, Domine* reformetur rubrica :

« Indulgentia trium annorum; plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem actus oblationis devòte recitatus fuerit. Pius Pp. XI, 4 Decembris 1932.

7. Ante orationem ad D. N. **I.** O. Crucifixum *En ego* mutetur rubrica :

Indulgentia decem annorum; plenaria recitantibus post Missam et orantibus ad mentem Summi Pontificis. Pius Pp. XI, 2 Februarii 1934.

8. Ad aliam orationem *Obsecro te* sic reformetur rubrica :

Indulgentia trium annorum. Pius Pp. IX, 11 Decembris 1846. Insuper hanc orationem recitanti flexis genibus, nisi impediatur, conceditur remissio defectuum et culparum in celebratione Missae ex humana fragilitate contractarum. Pius Pp. X, 29 Augusti 1912.

9. Ad orationem ad B. Mariam V. O *Maria, Virgo et Mater,* reformetur rubrica :

Indulgentia trium annorum. Pius Pp. XI, 3 Octobris 1936.

10. Ante orationem ad S. Ioseph *Virginum custos* ponatur rubrica :

Indulgentia trium annorum; plenaria suetis conditionibus, oratione quotidie per integrum mensem pia mente iterata. Pius Pp. XI, 18 Maii 1936.

11. Ante orationem ad Sanctum, *Sancte N.,* in cuius honorem Missa celebrata est, reformetur rubrica :

Indulgentia trium annorum. Pius Pp. XI, 3 Octobris 1936.

Datum Romae, ex Secretaria S. Rituum Congregationis, die 1 Augusti 1938.

C. Card. LAURENT^ *Praefectus.*

L - & S-

A. Carinci, *Secretarius.*

flAGM **CONGREGATIO**
PEO NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTBAOEDINAEIIS

ANTILLARUM

DECRETUM

DELEGATIO APOSTOLICA ANTILLARUM SUPPRIMITUR EIUSQUE TERRITORIUM PARTIM NUNTIATURAE APOSTOLICAE PENES REMPUBLICAM CUBAN AM, PARTIM NUNTIATURAE APOSTOLICAE PENES RESPUBLICAS DE HAITI ET POMINI" CANAM TRIBUITUR.

Decreto « Antillarum », die VII mensis Decembris a. MDCCCCXxv edito, S. Congregatio Consistorialis, ut religioso bono consideret, Apostolicam Delegationem Antillarum erexit, cui urbs S. Christophorus de Habana sedes esset princeps, simulque constituit, ut eius iurisdictio sese ad universas magnas et parvas Antillas insulas praetenderet ac territoria contineret antehac Apostolico Delegato Cubano et Portoricensi subiecta.

Hoc autem Apostolica Sedes haud ita providit, ut ratum et immutabile semper perstaret, sed potius mutationes, accessiones, definitiones exciperet, quas tempus et usus rerum congruas aptasque suadeant.

Quam ob rem, cum in Antillis insulis catholica religio faustis vigeret fructibus atque bonam de uberioribus suis incrementis spem concipi sineret, Apostolica Sedes omnino expedire censuit, ut in Americae mediae insulis unus tantum non esset, qui ipsius gereret personam. Etenim Apostolicus Delegatus, qui S. Christophori de Habana resi débat, cum haud crebra navium itinera insulas alias ad alias nationes pertinentes coniungerent, haud facile poterat extremas suae iurisdictionis plagas attingere.

Postquam vero Internuntiatura Apostolica de Haiti die x VII mensis Octobris a. MDCCCCXXX in Apostolicam Nuntiaturam conversa est ac novae Apostolicae Nuntiaturae die xv mensis Octobris a. MDCCCCXXX penes Rempublicam Dominicanam et die xi mensis Septembris MDCCCCXXXV penes Rempublicam Cubanam institutae sunt, perquam opportunum visum est, ut territorium quod Apostolico Delegato Antillarum insularum suberat dismembraretur. Referente igitur me infrascripto Cardinali Praefecto S. Congregationis pro negotiis ecclesiasticis extraordinariis, Sanctitas Sua haec quae sequuntur constituere dignata est :

Delegatio Apostolica Antillarum omnino aboletur eiusdemque territorium committitur vigilantiae et curae partim Nuntii Apostolici penes Rempublicam Cubanam, partim Nuntii Apostolici qui in urbe Portu Principis residet.

Nuntiaturae Apostolicae penes Rempublicam Cubanam assignantur : Iamaica insula cum territoriis ei annexis et Honduras Britannicum.

Apostolicae Nuntiaturae penes Respublicas de Haiti et Dominicanam addicuntur etiam Insula de Puerto Rico cum territoriis ei annexis, omnes parvae Antillae, exceptis insula de Barbados et insulis Poederatis Venezuelas Civitatibus annexis, quae ad Apostolicam Nuntiaturam de Caracas pertinent.

Insulae denique Bermudenses pergunt sub ditione Apostolicae Delegationis Canadensis et Terrae Novae esse, insulae autem de Bahama sub ditione Apostolicae Delegationis Foederatarum in America septentrionali Civitatum.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Vaticanis, die 10 mensis Augusti anno 1938.

E. Card. PAGELLI, *Praefectus.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

• • ' • NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

11 luglio 1938. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Tisserant, Segretario della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale, *Presidente della Commissione Pontificia per gli Studi Biblici.*

21 » » Il Revmo D. Gregorio Sunol, O. S. B., *Consultore della Sacra Congregazione dei Riti (Sezione Liturgica).*

13 agosto » S. E. Revma Monsig. Pietro Pisani, Arcivescovo tit. di Costanza di Scizia, e S. E. Revnia Monsig. Giovanni Battista Vallega, Arcivescovo tit. di Nicopoli di Epiro, *Consultori della Sacra Congregazione dei Riti per le Cause di Beatificazione e Canonizzazione.*

24 ». » Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Francesco Marmaggi, Luigi Maglione e Nicola Canali, *Membri della Sacra Congregazione dei Religiosi.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

23 febbraio 1937. L'Enio e Revmo Signor Cardinale Camillo Caccia Dominioni, *Protettore della Società di S. Cecilia* (Germania).

20 giugno 1938. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Tisserant, *Protettore dell'Opera di S. Francesco di Sales* (Parigi).

22 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Francesco Marmaggi, *Proiettore della Congregazione delle Suore Francescane degli Afflitti* (Varsavia).

23 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, *Protettore dell'Istituto delle Povere Ancelle della Madre di Dio* (Roma).

2 luglio 1938. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Segura y Saenz, *Protettore dell'Istituto delle Suore dell'Angelo Custode* (Spagna).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Tisserant, *Protettore dell'Istituto delle Figlie della Carità di Strasburgo.*

S » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Maglione, *Protettore delle Suore della Compagnia di Sant'Orsola della Ssma Vergine* (S. Maria di Haverloo, diocesi di Bruges).

9 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Adeodato Giovanni Piazza, *Protettore dell'Istituto delle Ancelle del Santuario* (Roma).

14 luglio » **S. E.** Revma Monsig. Ildebrando Antoniutti, Arcivescovo tit. di Sinuada"di Frigia, *Delegato Apostolico del Canada e Terranova.*

22 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Maglione, *Prefetto della Sacra Congregazione del Concilio.*

17 agosto » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Raffaello Carlo Rossi, *Protettore dell'Istituto delle Suore Terziarie Carmelitane Scalze di S. Teresa* (Messico).

18 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Carlo Salotti, *Protettore dell'Istituto delle Suore Terziarie Francescane Missionarie del Sacro Cuore* (Udine).

30 agosto » **S. E.** Revma Monsig. Aldo Laghi, Arcivescovo tit. di Nicea, *Nunzio Apostolico nel Cile.*

Assistenti al Soglio. Pontificio:

15 luglio 1937. S. E. Revma Moosig. Corrado von Preysing, Vescovo di Berlino.

24 giugno 1938 S. E. Revma Monsig. Felice Agostino Addeo, Vescovo di Mcosia.

7 luglio » S. E. Revma Monsig. Giuseppe Nogara, Arcivescovo di Udine.

8 » » **S.** E. Revma Monsig. Paolino Giovanni Tribbioli, Vescovo di Imola.

» » » S. E. Revma Monsig. Giovanni Alessio Chambón, Arcivescovo Vescovo di Yokohama.

15 agosto » **S. E.** Revma Moilsig. Lorenzo Del Ponte, Vescovo di • • 'Acqui.

3))) » S. E. Revma Monsig. Timoteo Corbett, Vescovo tit. di ' Vita.

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

7	dicembre	1937.	Monsig. Adolfo Roesch, dell'archidiocesi di Friburgo in Brisgovia.
21	aprile	1938.	Monsig. Francesco De Mello y Souza, dell'archidiocesi di San Sebastiano di Rio de Janeiro.
27	»	»	Monsig. Natale Ivanis, della diocesi di Banjaluka.
6	luglio	»	Monsig. Gioacchino Cozzolino, dell'archidiocesi di Napoli.
13	»	»	Monsig. Alberto Angelotti, della diocesi di Montepulciano.
26	»	»	Monsig. Aldo Tabanelli, della diocesi di Imola.
19	»	»	Monsig. Giulio líOrini, dell'archidiocesi di Firenze.

Prelati Domestici di Sua Santità:

16	marzo	1937.	Monsig. Ferdinando Ranzinger, della diocesi di Passavia.
»	»	»	Monsig. Leonardo Schmöller, della medesima diocesi.
8	luglio	»	Monsig. Carlo Wolkenau, dell'archidiocesi di Bamberga.
»	»	»	Monsig. Enrico Ames, della medesima archidiocesi.
9	»	»	Monsig. Giuseppe Mayer, della diocesi di Ratisbona.
3	dicembre	»	Monsig. Guglielmo Reinhard, dell'archidiocesi di Friburgo in Brisgovia.
»	»	»	Monsig. Tommaso Aschenbrenner, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Bernardo Jauch, della medesima archidiocesi.
24	»	»	Monsig. Giovanni Ballof, dell'archidiocesi di Colonia.
4	febbraio	1938.	Monsig. Giuseppe Uminski, della diocesi di Plock.
7	giugno	»	Monsig. Bellarmino Garcia y Feito, dell'archidiocesi di San Cristoforo dell'Avana.
14	»	»	Monsig. Giuseppe Antonio Thériault, dell'archidiocesi di Regina.
15	»	»	Monsig. Giovanni Sodini, dell'archidiocesi di Perugia.
17	»	»	Monsig. Francesco Marini, dell'archidiocesi di Gorizia.
»	»	»	Monsig. Patrizio MacNamara, dell'archidiocesi di S. Andrea ed Edimburgo.
»	»	»	Monsig. Sebastiano Gaetano, della diocesi di Castellammare di Stabia.
25	x>	»	Monsig. Vittore Capocaccia, della diocesi di Bagnoregio.
27	»	»	Monsig. Ferdinando Cech, della diocesi di La Crosse.
»	»	»	Monsig. Giovanni D'Alton, dell'archidiocesi di Dublino.
30	»	»	Monsig. Angelo Del Ventura, della diocesi di Nocera Umbra e Gualdo Tadino.
2	luglio	»	Monsig. Ottavio Donnini, della diocesi di Grosseto.
5	»	»	Monsig. Benedetto Heurtier, dell'archidiocesi di Lione.
18	»	»	Monsig. Guglielmo F. O'Brien, della diocesi di Raleigh.

18 luglio 1938. Monsig. Andrea A. Zychowicz, della diocesi di Scranton.
27 ».•' » Monsig. Gustavo Teullières, dell'arcliidiocesi di Algeri.
I agosto » Monsig. Alipio Odier de Oliveira, dell'archidiocesi di Marianna.
10 » » Monsig. Giacomo Pellegrino, dell'archidiocesi di Napoli.
II)))) Monsig. Giorgio Ignazio García, della diocesi di Guayaquil.
19 » » Monsig. Pietro Hayes, della archidiocesi di Perth.
» » » Monsig. Giovanni Maloney, della medesima archidiocesi.
20 » » Monsig. Raffaele Guarnacci, della diocesi suburbicaria di Velletri.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

25 luglio 1938. A S. E. il sig. Béla de Imrédy, Presidente del Consiglio dei Ministri del Regno d'Ungheria.
» » A S. E. il sig. Colomanno de Kánya, Ministro degli Affari Esteri del Regno d'Ungheria.

La Placca dell'Ordine Piano:

6 agosto 1938. Al sig. Conte comm. Ildebrando Silvestri Faà, Esente della Guardia Nobile Pontificia.

La Commenda con Placca dell'Ordine Piano:

25 giugno 1938. Al sig. dott. Filippo Anfuso (Italia).

La Commenda dell'Ordine Piano:

10 agosto 1938. Al sig. ing. Rodolfo Prokopowski (Roma).

La Gran Croce dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

23 giugno 1938. A S. E. il sig. Marchese dott. ing. Giacomo Medici del Vascello, Sottosegretario di Stato alla Presidenza del Consiglio dei Ministri del Regno d'Italia.

23 giugno 1938. A S. E. l'on. Guido Buffarmi Guidi, Sottosegretario di Stato al Ministero dell'Interno del Regno d'Italia.
4 agosto » A S. E. il sig. Ambasciatore Maurizio Nabuco (Brasile).
» »)> A S. E. il sig. Ambasciatore Epaminonda Chermont Leite (Brasile).

La Placca dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

27 agosto 1937. Al sig. dott. comm. Francesco Bumrn, della diocesi di Berlino.

La Commenda con Placca dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

30 aprile 1938. Al sig. Maurizio Lozé (Francia).

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

26 febbraio 1938. Al sig. J. Raoul Boulet, della diocesi di Trois Rivières.
27 aprile » Al sig. Giuseppe Gneme (Roma).
30 » » Al sig. cav. Renato Ferry (Francia).
19 giugno » Al sig. Saverio Mappus, della diocesi di Strasburgo.
25 » » Al sig. architetto Pietro Portaluppi, dell'archidiocesi di Milano.
29 » » Al sig. Conté Paolo Senni, dell'archidiocesi di Bologna.
9 luglio » Al sig. dott. Giovanni Battista Simonelli, della diocesi di Senigallia.
» » » Al sig. Giuseppe J. Breen, dell'archidiocesi di Los Angeles.
15 » » Al sig. Inaco Conforzi, della diocesi suburbicaria di Sabina e Poggio Mirteto.
Ad animarum bonum satius promovendum maxime prodest ut dioecesium circumscriptio ita ordinetur vel immutetur, ut fidelium necessitatibus atque temporum et locorum adiunctis apprime respondeat. Quum itaque hac de causa ab Apostolica Sede expostulatum sit ut archidioecesis Detroitensis et dioecesis Grandor mensis di viderentur ad novam erigendam dioecesim, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E: Cardinalium S. Congregationi Consistoriali praepositorum consulto, ac suffragante venerabili Fratre Hamleto Ioanne Cicognani, Archiepiscopo titulari Laodicensi in Phrygia et Delegato Apostolico in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis, re mature perpensa, oblatis Nobis precibus Iubenti animo annuere statuimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu^ apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, ab archidioecesi Detroitensi comitatus civiles *Huron, Tuscola* et *Manilae,* a dioecesi vero Grandormensi comitatus civiles *Baginaw, Gratiot, Midland, Bay, Gladwin, Arenao, Ogemaw, losco, O scoda, Alcona, Montmorency, Alpena, Presque* et *Iste* separamus, atque territorium ita avulsum in novam erigimus et constituimus dioecesim, quae *Saginavensis* nuneupabitur, coarctatis hac ratione dioecesium Detroitensis et Grandormensis finibus. Novae huius dioecesis sedem episcopalem in *Saginaw* urbe, a qua dioecesis ipsa nomen mutuatur, constituimus et eam idcirco ád civitatis episcopalis fastigium extollimus. Episcopi vero cathedram in Ecclesia paroeciali Beatae Mariae Virgini dicata, in eadem urbe exstante, Agimus, quam propterea ad Ecclesiae cathedralis gradum et dignitatem evehimus eique eiusque pro tempore Episcopis omnia tribuimus iura, honores, insignia, gratias et privilegia quibus ceterae per orbem cathedrales Ecclesiae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, atque onera omnia et obligationes imponimus quibus ceterae Cathedrales earumque Episcopi adstrin-

guntur. Statuimus insuper ut eadem cathedralis Ecclesia Saginavensis iuri metropolitico ecclesiae Detroitensis uti suffraganea subiaceat atque ad eiusdem provinciam ecclesiasticam pertineat. Volumus insuper ut usquedum capitulum cathedralem constituatur, ad iuris normam consultores dioecesani eligantur et adhibeantur. Quod vero ad clerum spectat, decernimus ut simul ac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem mandatae fuerint, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio legitime exstant. Quod autem ad huius dioecesis Saginavensis regimen, administrationem ac dotationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad Seminarii dioecesani, saltem parvi, erectionem, itemque ad fidelium iura et onera, aliaque id genus, servanda iubemus quae de hac re sacri canones nec non Concilium plenarium Baltimorense tertium praescribunt. Mandamus denique ut omnia documenta et acta, quae novam hanc dioecesim respiciunt, quamprimum fieri possit, a Cancellaria tum archidioecesis Detroitensis tum dioecesis Grandormensis Curiae dioecesis Saginavensis tradantur, ut in eius archivo asserventur. Ad quae omnia exsecutioni mandanda venerabilem quem supra memoravimus Fratrem Hamletum Ioannem Cicognani deligimus, eidemque tribuimus facultates ad id necessarias et opportunas etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, et illi onus facimus mittendi quam primum ad S. Congregationem Consistorialem authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Statuimus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque con-

trariis, etiam speciali mentione dignis. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo octavo, die sexta et vicesima mensis Februarii, Pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Fr. TBL PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
8. C. Consistorialis a Secretis

Carolus Respighi, *Proton. Apost.*
Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. TAX, n. 11 **- Al. Trussardi.**

III

DE CALABAR

DE CALABAR PRAEFECTURA APOSTOLICA DI SMEMBRA TUR ET NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA « DE OGOJA ».

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Intra Nigeriae fines, quae prae ceteris Africae regionibus populi multitudine superabundat, peropportunam visum est, ut aptius inibi christiano nomini propagando consuli possit, novam Praefecturam Apostolicam erigere.

De consilio itaque venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum, obtento favorabili voto venerabilis Fratris Antonii Riberi, Archiepiscopi titularis Darensis, Delegati Apostolici Africae pro Missionibus, omnibus mature perpensis, latissimum Praefecturae Apostolicae de Calabar territorium, quae in illa regione exstat et apostolicis Societatis Sancti Patritii pro Missionibus ad Exteros commissa est curis, in duas dividere partes statuimus et novam exinde Missionem constituere.

Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, ab Apostolica Praefectura de Oalabar totam provinciam eivilem de *Ogoja* distrahimus eamque in novam, sub eodem nomine de *Ogoja,* Praefecturam Apostolicam erigimus et constituimus atque praefatae Sancti Patritii Societatis Missionariis, qui tanto illic sollerti studio adlaborant, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, evangelizandam concredimus.

Huic autem novae Praefecturae eiusque pro tempore Antistitibus omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur.

Quae omnia, ita disposita et constituta, rata ac valida esse et fore volumus ac iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce iisdem Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent.

Nemini vero hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, id attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo octavo, die tertia decima mensis Martii, Pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FÜMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*
Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*

Loco SB Plumbi

Reg. m Cane. Ap., Vol. LIX, n. 11 **- Al. ïrussardi.**

IV

PAPUASIAE ATQUE VICTORIENSIS ET PALMERSTONENSIS

VICARIATUS APOSTOLICUS « PAPUASIAE » DISMEMBKATUR ET AVULSUM TERRITORIUM DIOECESI VICTORIENSI ET PALMERSTONENSI ADNECTITUR, CUIUS NOMEN IN DIOECESIS « DARWINENSIS » MUTATUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo commodius ac facilius christifidelium regimini et necessitudinibus consuli possit, procul dubio quam maxime confert recta ecclesiarum circumscriptio, illarum in primis inter infideles gentes exstantium. Apostolicaç vero Sedis est cuiusvis ecclesiae fines ac nomen ipsum immutare, si nova temporum rerumque ratio id efflagitare exigat. Quum itaque venerabilis Frater Alanus Guynot de Boismenu, Episcopus titularis Gabalitanus et Papuasiae Vicarius Apostolicus, a Nobis enixe expostulaverit, ut insulae Freti de *Torres,* a sua sede dissitae accessuque perdifficiles, a sui Vicariatus territorio distraherentur. Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio ac praehabito venerabilis Fratris Ioannis Panico, Archiepiscopi titularis Iustinianensis, in Australasia Delegati Apostolici, favorabili voto, oblatis Nobis precibus, re mature perpensa, libenter annuere atque dioecesis Victoriensis et Palmerstonensis, cui praefati Vicariatus Papuasiae territorium distrahendum adnectere propositum est, nomen immutare decrevimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, a Vicariatus Apostolici Papuasiae territorio partem illam seiungimus ad Statum de *Quuensland* in Australia pertinentem, scilicet insulas *Thursday, Mammona, Prinee of Wales, Horn, Mulgrave, Banks, Long, Stephen, Darnley, Murray, ßaibai, Boigu, Deliverance,* et circumstantes insulas et scopulos Freti de Torres, totumque territorium istud dioecesi Victoriensi et Palmerstonensi in Australia adnectimus. Quum autem huius dioecesis sedes et cathedra episcopalis in urbe *Darwin* constituta sit, eadem suprema Nostra auctoritate decernimus ut dioecesis ipsa posthac *Darwinensis* nuncupetur. Quae quidem ita disposita et constituta rata ac valida esse

volumus et iubemus contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, unionis, mutationis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo octavo, die undetrigesima mensis Martii, Pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton., Apost,*
Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Loco gß Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LIX, n. SS **- Al. Trussardi.**

V

DE TUKÜYTT

MISSIO « SUI IURIS » DE TUKUYU IN PRAEFECTURAM APOSTOLICAM, EODEM SERVATO NOMINE, EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Si qua, Evangelii praeconum opera et studio, enascens inter infideles gentes ecclesia insigne susceperit incrementum, congruum sane videtur ad maiorem dignitatis gradum iliam evehere. Quum itaque Missio sui iuris de *Tukuyu*, in Africa Orientali Anglica, per apostolicam Societatis Missionariorum Africae, cuius curis concredita est, sodalium sedulitatem, inter magnas omnis generis difficultates, postremis hisce temporibus christifidelium numero et missionalium operum copia non mediocres progressus omnino susceperit, dilectus filius illius Societatis Superior Ge-

neralis ab hac Sede Apostolica enixe postulavit, ut Missio illa ad potiorem dignitatis gradum eveheretur. Nos itaque, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, atque attento venerabilis Fratris Antonii Riberi, Archiepiscopi titularis Darensis, Delegati Apostolici Africae pro Missionibus, favorabili voto, re mature perpensa, Nobis oblatis precibus annuere censuimus.

Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Missionem de Tukuyu in Africa Orientali, eodem servato nomine, in Praefecturam Apostolicam suprema Nostra auctoritate extollimus, erigimus et constituimus; eamque iisdem Societatis Missionariorum Africae sodalibus, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, etiam in posterum commissam volumus ac praesentium tenore committimus.

Huic autem novae Praefecturae eiusque pro tempore Antistitibus omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur.

Quae omnia, ita disposita et constituta, rata ac valida esse et fore volumus ac iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce iisdem Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini vero hanc paginam provectionis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario id attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo octavo, die undetrigesima mensis Martii, Pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. B. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*
Franciscus H. Ferretti, *Proton, Apost.*

Loco © Plumbi

"Reg. in Canc. Ap., Vol. LI X, n. 29 - **Al. Trussardi.**

VI

FORTALEXIENSIS

AB ARCHIDIOECESI FORTALEXIENSI TERRITORII PARS SEIUNGITUR, EX QUA DIOECESIS LIMOEIRENSIS ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad dominicum cuiusvis Ecclesiae gregem facilius ac salubrius pascendum et gubernandum plurimum sane prodest recta ipsius Ecclesiae circumscriptio; quae si nimio redundet territorio, peropportunum videtur eam in duas dividere partes, novamque exinde dioecesim erigere alteri vigilanti tradendam Pastori. Quod quidem perpendentes, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum consulto, habitoque quoque voto venerabilis Fratris Benedicti Aloisi Masella, Archiepiscopi titularis Caesariensis in Mauretania, Nuntii Apostolici in Republica Brasiliana, Iubenti animo oblatis Nobis precibus annuere censuimus, quibus expostulatum est, ut latissimum archidioecesis Fortalexiensis territorium in fidelium bonum divideretur et nova erigeretur dioecesis. Nos igitur, omnibus mature perpensis ac suppleto. quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, ab archidioecesi Fortalexiensi novem quae sequuntur paroecias seiungimus, nempe : *Limoeiro, Aracaty, Areìas, J aguari o e Mirini, Mora de Nova, Pereiro, Riaco do Sangue, Sao Bernardo das Russas, Uniao;* atque territorium his paroeciis circumscriptum in novam dioecesim erigimus et constituimus ab urbe *IAmoeiro, Limoeirensem* nuncupandam. Sedem novae huius dioecesis in hac *Limoeiro* urbe statuimus et ecclesiam, Deo in honorem B. Mariae Virginis sub titulo Immaculatae Conceptionis dicatam, in eadem urbe exstantem, ad Cathedralis gradum evehimus; cui propterea eiusque pro tempore Episcopis omnia tribuimus iura, honores, insignia, favores, gratias, privilegia, quibus ceterae per orbem cathedrales Ecclesiae earumque Antistites iure communi pollent et gaudent, eisque onera omnia et obligationes item imponimus, quibus eaedem Ecclesiae earumque Episcopi adstringuntur. Novam autem hanc Limoeirensem dioecesim suffraganea»! constituimus Metropolitanae Ecclesiae Fortalexiensi, eiusque idcirco

Episcopos pro tempore metropolitico Archiepiscopi Fortalexiensis iuri subiicimus. Episcopalem autem mensam constituent Curiae Episcopalis emolumenta et ceterae oblationes, quae a fidelibus praeberi solent, in quorum bonum dioecesis ipsa erecta est, praeter illa quae ad hunc finem iam collecta sunt. Quum autem praesentis temporis adiuncta haud permittant in nova hac dioecesi cathedrale capitulum institui, indulgemus ut interim pro canonicis dioecesani consultores ad iuris tramitem eligantur. Quod vero praecipue ad clerum spectat, statuimus ut simul ac hae Litterae nostrae ad exsecutionem demandatae fuerint, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio legitime exstant. Mandamus insuper ut quam primum fieri poterit saltem parvum Seminarium in ipsa dioecesi erigatur iuxta Codicis iuris canonici praescripta et normas a Sacra Congregatione de Seminariis et Universitatibus Studiorum traditas. Duo vero delecti iuvenes, aut modo saltem unus, ex hac quoque dioecesi et eius sumptibus, non intermissa vice ad Collegium Brasilianum de Urbe nuper erectum mittantur, ut sub Romani Pontificis fere oculis in spem Ecclesiae instituantur. Quod vero ad novae istius dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera ceteraque huiusmodi spectare dignoscitur, adamussim servari iubemus quae sacri canones praescribunt. Volumus denique ut documenta omnia et acta, quae Limoeirensem dioecesim eiusque clericos et fideles respiciunt, a Cancellaria archidioecesis Fortalexiensis ad episcopalem Curiam novae dioecesis quam primum fieri poterit tradantur, ut in proprio archivo religiose serventur. Ad quae omnia, uti supra disposita et constituta, exsecutioni mandanda venerabilem quem supra memoravimus Fratrem Benedictum Aloisi Masella, apud Brasilianam Rempublicam Nuntium Nostrum, delegamus, eique facultates tribuimus necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus imponimus authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar ad Sacram Congregationem Consistorialem transmittendi intra sex menses ab his Litteris datis computandos. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et, si secus super his a quocumque, qua-

vis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Statuimus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Gonciliis editis, specialibus vel generalibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque quibuslibet, etiam speciali mentione dignis. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo octavo, die septima mensis Maii, Pontificatus Nostri anno septimo decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
8. C. Consistorialis a Secretis

Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LIX, n. 78. **- Al Trussardi.**

VII

DE ¡3HAOWU

MISSIO SUI IURIS DE SHAOWU IN SINIS AD PRAEFECTURAE APOSTOLICAE GRADUM ET DIGNITATEM, EODEM SERVATO NOMINE, EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In infidelium regiones mentis Nostrae aciem convertentes ea omnia comparare studemus, quae ad Christi regnum latius dilatandum opportuna videntur. Cum itaque in Missione sui iuris de Shaowu in Sinis,, anno millesimo nongentesimo vigesimo nono erecta et Societati Divini

Salvatoris concredita, exiguus olim christianorum grex plurimum creverit et in fide factus fuerit firmior, Nos, spirituale illius enascentis ecclesiae bonum prae oculis habentes et insimul praefatae Societatis sodalibus ardenti constantique zelo inibi adlaborantibus Societatis sodalibus ardenti constantique zelo inibi adlaborantibus meritae laudis testimonium praebere cupientes et illis animum addere ad novos in dies labores exantlandos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, Missionem illam ad maioris dignitatis gradum evehere statuimus. Omnibus igitur mature perpensis, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Missionem sui iuris de Shaowu, eodem servato nomine, in Praefecturam Apostolicam erigimus et constituimus, eamque eidem Societati Divini Salvatoris etiam in posterum, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, concreditam volumus. Novae propterea huic Praefecturae de Shaowu eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Antistites iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem quae hisce Nostris Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentésima trigesimo octavo, die vigesimaprima mensis Maii, Pontificatus Nostri anno decimoséptimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*
Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LI X, n. 52. **- AL Trussarcli.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TEMPLUM DEO IN HONOREM SANCTI FRANCISCI ASSISIENSIS, APUD PODIUM BONITII IN COLLENSI DIOECESI, DICATUM BASILICIS MINORIBUS ACCENSETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Collensi in dioecesi apud Podium Bonitii exstat conspicuum paroeciale templum ad honorem Sancti Francisci Assisiensis Deo dicatum, curis Ordinis Fratrum Minorum concreditum, atque in tota regione etrusca celeberrimum ob miracula a Deo patrata per intercessionem Beati Luchesii, vulgo « sancti » nuncupati, qui ibi religiosissime colitur. Ipsum autem templum, quod structura e media aetate perspicuum est atque amplitudine sua, pluribus exornatur artis operibus quae magni nominis pictoribus et sculptoribus e regione tuscanica tribuuntur, atque ob pietatis etiam spiritum quo imbuta sunt religiosos christifidelium sensus plane excitant. Ipsum templum adiectaque domus claustralis commissa sunt Minoribus e Sancti Bonaventurae provincia minoritica Tusciae Fratribus, qui sacras functiones sacro in loco atque assiduam choralem psalmodiam peragunt bonumque spirituale provehunt christifidelium non modo paroeciae et civitatis sed regionis finitimae, qui pie turmatimque, singulari studio et peregrinorum etiam more ad sepulcrum conveniunt eodem in templo servatum, in quo exuviae continentur beati Luchesii praedicti, iam civis et nunc civitatis memoratae Patroni. Haec animo repetentes cum venerabilis Frater Collensis Episcopus una cum Procuratore generali Ordinis Fratrum Minorum cumque Administro provinciali Tusciae praelaudati Ordinis, communia cleri populique Podii Bonitii vota depromens, enixis Nos precibus deprecatus sit ut templum supramemoratum ad dignitatem Basilicae minoris evehere dignaremur; ac praeterea preces memoratae amplissimo quoque communitae sint commendationis officio tum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Florentinorum Archiepiscopi, tum et Volaterrani, et Fulginatensis, et Pisciensis Episcopi, Nos optatis huiusmodi annuendum ultro libenterque censemus. Quare, audita quoque Sacra Rituum Congregatione, omnibus rei momentis attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, perpetuumque in modum, Ecclesiam memoratam sancti Francisci Assisiensis

vulgo a Beato Luchesio nuncupatam intra fines dioecesis Collensis titulo ac dignitate *Basilicae minoris* decoramus; contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec edicimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras, firmas, validas et eficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super bis a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die xvm m. Augusti, an. **MCMXxxviii,** Pontificatus Nostri decimo septimo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

BASILICAE MINORIS TITULO DECORATUR TEMPLUM IN URBE MEDIOLANENSI IN HONOREM SANCTI CAROLI BORROMAEI DEO DICATUM.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Honoris sacrarum rerum provehendi studium, quo continenter urgemur, efficit ut ea etiam quae ad decus pertinent templorum, quae praesertim vel artis operibus vel memoriis historicis conspicua sunt, peculiari cura tractemus. Quapropter cum ad mediolanensis templi in honorem sancti Caroli Borromaei Deo dicati splendorem et auctoritatem augendam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Mediolanensium Archiepiscopus una cum hodierno priore-parocho eiusdem templi a Nobis suppliciter instanterque efflagitet ut votis quoque christifidelium non modo paroeciae ipsius sed et totius civitatis obsecundantes, templum memoratum Basilicae minoris titulo privilegiisque de apostolica benignitate honestare velimus; nunc Nobis placet huiusmodi optatis concedere. Templum enim idem mediolanense, Ordinis Servorum Beatae Mariae Virginis Fratribus concreditum, cum eodem in loco exstet, ubi Beatae Mariae Servorum prisca ecclesia olim habebatur, structura magnificentissima operibusque artis sive sculptis sive pictis perspicuis renidet; pretiosa supellectili sacra exornatur; insignibus Martyrum, Confessorum et sanctarum Virginum ditatur Reliquiis; quas inter procul dubio memorandum est beati Ioannis Angeli Porro, Ordinis Servorum Beatae Mariae Virginis ornamenti, corpus; quod in apposito pulcroque sacello servatum christifideles ex omni ordine coetuque, pere-

grinationibus etiam frequentibus, pie devoteque vènerantur; ita ut reapse in urbe atque archidioecesi Mediolanensi templum praedictum Sancti Caroli Borromaei uti praestantissimum et celeberrimum censendum atque aestimandum sit. Audita igitur Sacra Rituum Congregatione, praesentium Litterarum tenore, apostolica Nostra auctoritate, perpetuumque in modum, templum paroeciale Sancti Caroli Borromaei in honòrem Deo dicatum in urbe atque archidioecesi Mediolanensi, *Basilicae minoris* titulo ac dignitate augemus, illique omnia et singula tribuimus iura et privilegia, quae huic titulo ac dignitati rite competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec benigne concedimus, decernentes praesentes Litteras, firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant sive spectare poterunt plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die XXVII m. Augusti, an. MCMXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

EPISTULA

AD EMOS PP. DD. GULIELMUM TIT. S. CLEMENTIS S. R. E. PRESB. CARDINALEM O' CONNEL, ARCHIEPISCOPUM BOSTONIENSEM, DIONYSIUM TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI S. R. E. PRESB. CARDINALEM DOUGHERTY, ARCHIEPISCOPUM PHILADELPHIENSEM, GEORGIUM GULIELMUM TIT. S. MARIAE DE POPULO S. R. E. PRESB. CARDINALEM MUNDELEIN, ARCHIEPISCOPUM CHICAGIENSEM CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS FOEDERATORUM AMERICAE SEPTENTRIONALIS STATUUM: OB SOLLEMNIA, POST DENA LUSTRA A WASHINGTONIENSI UNIVERSITATE CONDITA, CELEBRANDA.

PIUS PP. XI

Dilecti Filii Nostri ac Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Sollemnia iubilaria, quae Catholica studiorum Universitas Washingtoniensis gravissimis consiliis coetibusque apparare contendit, sunt quidem eventus tanti ponderis atque momenti pro Ecclesiae Foederatorum Statuum vita ac profectu, ut Nobis opportunum visum sit vos, Dilecti Filii Nostri ac Venerabiles Fratres, paterne alioqui,

Nostram demonstrantes gratulationem propter uberes fructus hucusque per egregium istud scientiarum domicilium perceptos, maiorumque in futurum spem laetissimam declarantes. Hòc sane quinquaginta annorum intervallo Universitas ista permulta peperit bona multumque profecit. Minime enim obstantibus difficultatibus ipsius originis reique oeconomicae angustiis, moderatores atque professores doctrina sollertiaque illustre decus, praesertim quod attinet ad educationis catholicae methodum, inter alia istic eiusdem generis instituta eidem Universitati assecuti sunt. Nos itaque haud ignoramus apud vos in benedictione haberi nomina nobilium praeconum, qui non pauci sempiterno iam praemio favente Deo fruuntur, eademque inter iubilaei sollemnia grata memoria in precibus eulogiisque revocatum iri. Verumtamen eiusmodi iubilaei celebratio non modo praeteritorum laborum fructus singulari delectatione respiciet, sed ad futuras quoque necessitates providenter spectabit. Pro certo enim habemus — hoc potissimum ad scribendum suasit Nobis — Catholicae isti Universitati ampliora esse in futurum, quam in praeterito, munia reservata, proptereaque officia graviora eidem fore obeunda. Enimvero universus fere orbis terrarum inpraesentiarum vehementer commovetur atque angitur perturbationibus, controversiis, erroribus, novisque inventis, quae singularia historiae momenta signare plane videntur. Doctrina ipsa moresque christiani in discrimen multifariam vocantur; opiniones ancipites et lubricae, de quibus paucos ante annos in secretis dumtaxat cupidorum novarum rerum conventiculis submissus rumor versabatur, nunc praedicantur super tecta inque exsecutionem palam adducuntur; depravatio privatorum morum et rei publicae patens licentia infesta signa adversus Christi crucem pluribus locis sustulerunt. Magno tamen solacio Nos perfundimur, sicut et vos, Dilecti Filii Nostri ac Venerabiles Fratres, quod scimus Ecclesiam vestram in promptu esse ac paratam ad huius temporis discrimina fortiter adeunda, in primisque Universitatem Washingtoniensem vali•dissimum exstare instrumentum ad catholicam fidem tuendam atque vulgandam, ad; perniciosos errores detegendos atque refellendos. In eadem porro Universitate gravissimae nostrae aetatis quaestiones tuto ite docte agitabuntur, et idoneae solutiones, principiis iustitiae et caritatis innixae, haud difficulter invenientur. Has profecto quaestiones in Litteris Nostris Encyclicis pluries pertractavimus. Hic tantummodo meminisse iuvat, ubinam tota christiane docendi ratio consistat atque fulciatur. Scientiae enim profanae, quas vocant, rei socialis atque oeconomicae doctrina, bonum sive singulorum sive societatis nequeunt subduci principiis philosophicis ac religiosis, quae attinent ad hominis

originem, naturam et finem. Nullo autem modo intelligi potest, notitia Dei posthabita, ipsa hominis natura, ad imaginem et similitudinem Dei creata, ab Unigenito Dei Filio redempta. Quare solummodo christiana doctrina, maiestate sua atque integritate, iuribus et libertatibus humanis indubie penitusque respondere potest, quia illa tantum personae humanae affert valorem ac dignitatem. Viri igitur catholici, naturam ac dona hominis propria perspicue agnoscentes, iurium ac libertatum, quae ad homines legitime spectant, necessario exstant praecones ac defensores; iidemque Dei nomine clamant adversus philosophiam fallacem, quae hominem a suo dignitatis gradu ad foedam servorum condicionem deicere studet, inque sordidum iniqui dominatus arbitrium proicere, aut a sociis humanae familiae crudeliter avellere; nomine ipsius Dei catholici viri réfutant quamcumque de re sociali philosophiam, quae hominem tamquam merum instrumentum ducit inter commerciorum certamina in feraque classium socialium dimicatione. Universitas itaque Catholica, propterea quod catholica est, munus sibi traditum habet hereditatem hominis naturalem ac supernaturalem religiosissime tuendi. In hoc praeclaro munere obeundo necesse omnino est ad scientias de re civili, sociali atque oeconomica peculiares curas conferre. Litterae autem Encyclicae, ut superius memoravimus, ad recentiores de iis rebus quaestiones praecipue spectant, immutabilia philosophiae religionisque principia ad easdem transferentes. Inspectis erg© perpensisque hisce doctrinarum documentis, Universitas Washingtoniensis perutile poterit actioni sociali studium suum tribuere, congrua consilia pro locorum necessitatibus decernendo. Nos enim nihil cordi magis habemus, quam ut Facultates earum scientiarum, quas supra attigimus, ductu vestro ac praesidio, Dilecti Filii Nostri ac Venerabiles Fratres, quam maxime evolvantur atque amplificentur, ita ut quam plurimi homines, lumina ac moderamina in re sociali quaerentes, ad eas facile utiliterque accedant. Organica autem Universitatis structura novis necessitatibus accommodata, aucto numero eximiorum professorum, qui tractationibus, consultationibus scriptisque magnam prae se ferant auctoritatem, selecto alumnorum agmine ex omnibus nationis partibus confluentium, exoptata progressio perfici poterit et salutaris vis atque efficacia in hodiernam societatem expromi. Quo vero subsidia ordinis temporalis ad munus tanti momenti atque utilitatis pro vestra natione satis suppeditentur neque deficiant, vos vehementer exhortamur, quemadmodum alias fecimus, ut necessitas nationalis istius christianae eruditionis instituti Christi fidelibus luculenter ostendatur, itemque Universitas, adnitentibus vobis, cunctis instruatur auxiliis, quae amplitu-

dini ac nobilitati ipsius muneris plane respondeant. Supernorum interea luminum ac donorum nuntia, praecipuaeque dilectionis Nostrae testis sit Apostolica Benedictio, quam vobis, Dilecti Filii Nostri ac Venerabiles Fratres, clero populoque cuiusque vigilantiae commisso, in primisque Universitatis Washingtoniensis moderatoribus, professoribus et alumnis peramanter in Domino impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi apud Romam, die xxi mensis Septembris, in festo Sancti Matthaei Apostoli et Evangelistae, anno MDCCCCXxxvin, Pontificatus Nostri decimo septimo.

PIUS PP. XI

NUNTIUS RADIOPHONICUS

A BEATISSIMO PATRE, DIE XVIII MENSIS OCTOBRIS ANNO MCMXXXVIII, AD URBEM NOVAS AURELIA S DATUS, AD INITIUM CONGRESSUS EUCHARISTICI VIII CHRI-0 STIFIDELIUM E STATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENTRIONALIS.

Venerabiles Fratres, Dilecti Filii. — Dum Christus Dominus, qui unus omnibus est « via, veritas et vita », [1] summum apud vos agit triumphum, dumque urbs Novae Aureliae per Eucharisticum Congressum vestrum fit veluti ara totius Nationis, Nos, qui de filiorum Nostrorum fastis gratulamur admodum, et de eorum incensa actuosaque religione tantopere laetamur, maxima cum paterni animi Nostri delectatione, voce, spe, precibus vobiscum copulamur.

Sunt utique non paucae trepidationis anxitudinisque causae; praesertim cum tot cernimus homines divina Evangelii praecepta nihili facere, repudiare, spernere; quando ex iisdem solummodo potest salus humano generi impertiri. Ac lacrimas continere non possumus, dum alicubi summo cum moerore videmus vel ipsum aeternum Numen posthaberi ac respui, vel adversus Illud, quasi in hostem, convicia ac maledicta, infando prorsus facinore, iactari.

Attamen cur Nobis universaeque Ecclesiae meliora non polliceamur tempora, dum et apud vos et fere ubique gentium pietatem in Augustum Altaris Sacramentum reflorescere atque incensiore cotidie studio augeri miramur? Si enim divina Eucharistia, ut sapientissimi Decessoris Nostri verbis utamur, « tamquam centrum existimanda est, in quo christiana vita, quanta usquam est, insistit », ita ut veluti « anima Ecclesiae » [2]

[1] **Ioan., XIV, 6.**

[2] **Cfr. Litt. Enc. «Mirae caritatis» *Acta Leonis,* 1902, p. 115 sq.**

dici possit; ubicumque eadem sollemni cultu adoratur, ac pie frequenterque sumitur, nominum malis infirmitatibusque medetur, cbristianamque virtutem excitat ac roborat. « Ubi Christus, ibi caelum »; [3] quapropter omnino sperandum est, ibi caelorum Regnum renovari, ac summo cum ipsius societatis humanae beneficio revirescere, ubi Eucharistiae religio impense colitur ac civium animos informat.

Dum igitur vos, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, ad sanctissimam eiusmodi navitatem alacriter persequendam paterno adhortamur animo, supplices una vobiscum a Divino Redemptore precamur, ut validum iuventute genus vestrum quemadmodum rerum copia atque potentia praestat, ita catholica fide christianaeque vitae sanctimonia in exemplum praefulgeat.

Et Benedictio Dei Omnipotentis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti descendat super vos et maneat semper.

[3] Cfr. *De Imit. Ch.,* III, 59.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

BENEVENTANE ET ABELLINENSIS

DECRETUM

SEPARATIONIS ET UNIONIS

Apostolicae Sedi supplices porrectae sunt preces ut, ad maius animarum bonum atque regiminis unitatem, oppidum *Pratula,* in quo duae extant paroeciae, una sub titulo *Beatae Mariae Virginis Perdolentis* ad dioecesim Abellinensem pertinens, altera sub titulo *Mariae Ssmae a Septem Doloribus* ad archidioecesim Beneventanam, uni eidemque dioecesi adscriberetur; et insuper paroecia *Criptaecastanearum S. Aegidii Abbatis* ex archidioecesi Beneventana, in qua nunc continetur, seiungeretur et dioecesi Abellinensi aggregantur. Porro Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI, re mature perpensa et habito voto favorabili utriusque dioecesis Ordinariorum, oblatis precibus benigne annuens, hoc Consistoriali Decreto, archidioecesi Beneventanae perpetuo adiungit etiam memoratam paroeciam *Beatae Mariae Virginis Perdolentis* in oppido *Pratula* exstantem, quam proinde a dioecesi Abellinensi separat atque praefatam paroeciam *Criptaecastanearum S. Aegidii Abbatis* perpetuo unit cum dioecesi Abellinensi, ipsam propterea dismembrans ex archidioecesi Beneventana.

Ad haec vero executioni mandanda, idem Ssmus Dominus Noster, deputare dignatus est Exc. P. D. Augustinum Mancinelli, Archiepiscopum Beneventanum eique tribuens facultates necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere mittendi quam primum ad S. C. Consistorialem authenticum exemplar actus peractae executionis. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 30 Iulii 1938.

Fr. R. O. Card. Rossi, *a Secretis.*

É. & S.

B. Ronzoni, *Substitutus.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papar XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 26 Septembris 193S. — Cathedrali Ecclesiae S. Galli, praefecit R. D. Iosephum Meile, Canonicum Capituli ipsius Ecclesiae.

die 13 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Valentinae in Brasilia, R. D. Renatum Pontes, Canonicum Capituli Metropolitam S. Sebastiani Fluminis Ianuarii.

die 20 Octobris. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Pompeiopolitanae in Paphlagonia Exc. P. D. Gherardum Sanctem Menegazzi, hactenus Episcopum Dorylaènsem.

die 2,1 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Leinovicensi R. D. Aloysium Rastouil, canonicum ad honorem Capituli cathedralis Massiliensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Arsinoitanae in Arcadia R. D. Henricum Audrain, canonicum ad honorem Capituli cathedralis Versaliensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Beniamini Roland-Gosselin, Episcopi Versaliensis.

die 26 Octobris.— Metropolitanae Ecclesiae Platensi Exc. P. D. Ioannem Chimento, hactenus Episcopum Mercedensem.

die 4 Novembris. — Metropolitanae Ecclesiae Arborensi Exc. P. D. Iosephum Cogoni, hactenus Episcopum Nuorensem.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE-

i ••

DECRETUM

VICARIATUS TOGOÑBN SIS DEINCEPS « LOMEN SIS)) APPELLABITUR

Praeterito anno MCMXXXVII, in Africa Occidentali Gallica, per erectionem Praefecturae Apostolicae de Sokode magna territorii pars a Vicariatu Apostolico Togonensi, Sodalibus e Societate pro Missionibus ad Afros concredito, distracta est, ita ut huius Vicariatus fines regionis

civilis/quae Togonensis pariter vocatur, finibus in praesens non amplius respondeant.

Propterea Exc. P. D. Ioanni Cessou, Vicario Apostolico Togonensi, visum est ita mutationem petere appellationis sui Vicariatus, ut hic deinceps Vicariatus Lomensis vocetur, cum in Lome, praecipua illius regionis urbe, praelaudatus Vicarius Apostolicus resideat.

Quam petitionem Emi ac Revmi Patres huic **S.** Congregationi de Propaganda Fide praepositi, cum in plenariis comitiis, die 13 vertentis mensis, admittendam esse censuissent, nominis mutationem, quam diximus, decreverunt.

Eandem vero Eminentissimorum Patrum sententiam, ab infrascripto huius S. Congregationis Secretario in audientia diei 14 eiusdem mensis et anni Ssmo D. N. Pio Div. Prov. Papae XI relatam, Summus Pontifex ratam habens atque confirmans, eum, qui Vicariatus Apostolicus Togonensis hucusque appellabatur, Vicariatum Apostolicum *Lomemem* in posterum nuncupari atque praesens ad id Decretum confici et expediri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. de Propaganda Fide, die 14 Iunii mensis, a. D. 1938.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

L. ££S.

f Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secretarius.*

II

DECRETUM

PRAEFECTURA APOSTOLICA INSULARUM MAYOTTAE, NOSSIBEAE ET COMORAE DEINCEPS ((DE AMBANJA)) NUNCUPABITUR.

Cum appellatio Praefecturae Apostolicae *Insularum Mayòttae, Nossibeae et Gomorae* progressu temporis, ob nominum prolixitatem nimis incommoda atque omnino inepta ad locorum momentum declaranduni necnon ad finium ambitum circumscribendum apparuisset, visum est tum Revmo Ministro Generali O. M. Capuccinorum, quibus Praefectura illa concredita est, tum Revmo Praefecto Apostolico eiusdem Praefecturae ita mutationem nominis petere, ut Praefectura Apostolica *Insularum Mayottae, Nossibeae et Gomorae* deinceps nomine praecipuae in illis regionibus urbis, id est Praefectura Apostolica *de Ambanja,* nuneupetur.

Quam petitionem Emi ac Revmi Patres Cardinales huic Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositi, cum in plenariis Comitiis, die 13 vertentis mensis habitis, admittendam esse censuissent, appellationis mutationem, quam diximus, decreverunt.

;Hanc vero Eminentissimorum Patrum sententiam, ab infrascripto huius Sacrae Congregationis Secretario in audientia diei 14 eiusdem mensis et anni Ssmo D. N. Pio Div. Prov. Papae XI relatam, Summus Pontifex benigne excipiens ratamque habens, Praefecturam Apostolicam *Insularum Mayottae, Nossibeae et Comorae* deinceps *de Ambanja* nuncupari atque praesens ad id Decretum confici et expediri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. de Propaganda Fide, die 14 Iunii mensis a. D. 193S.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

L. % Sc

f Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secretarius.*

III

DECRETUM

TERRITORII PARS TUM A VICARIATU APOSTOLICO DE ESHOWE TUM A PRAEFECTURA APOSTOLICA DE LTDENBURG SEPARATUR ET PRAEFECTURAE APOSTOLICAE DE SWAZILAND ADNECTITUR.

Quum Vicarius Apostolicus de Eshowe et Praefectus Apostolicus de Lydenburg, tum votis Exc. P. D. Iordani Gijlswijk, Delegati Apostolici in Africa meridionali, tum petitionibus Superioris Generalis Ordinis Servorum Mariae adnuissent de quadam territorii sibi concrediti parte Praefecturae Apostolicae de Swaziland, quae curis Fratrum ex praelaudato Ordine commissa est, cedenda, Eminentissimi ac Reverendissimi Patres Cardinales huic S. Congregationi de Propaganda Fide praepositi, in plenariis comitiis die 11 vertentis mensis habitis, regionem cui nomen Tongaland, complectens scilicet districtus civiles de Dngwavuma et de TJbombo usque ad flumen ümkusi, a Vicariatu de Eshöwe distractam, necnon provinciam civilem de Piet Retief, a Praefectura Apostolica de Lydenburg separatam, Praefecturae Apostolicae de Swaziland adnectendam esse censuerunt.

Quam Eminentissimorum Patrum sententiam, in audientia diei 13 eiusdem mensis et anni ab infrascripto huius S. Congregationis Secretario

Ssmo D..N.-Pio Div. Prov. Papae XI relatam, Summus Pontifex benigne excipiens, eam ratam habere et confirmare dignatus est, atque praesens ad id Decretum confici et expediri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus huius S. C. de Propaganda Fide, die 13 Iulii mensis, a. D. 1938.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

f Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secretarius.*

IV

NOMINATIONES

Sacrum Consilium Christiano Nomini propagando datis decretis renunciavit ad suum beneplacitum :

die Í2 Augusti 1988. — R. P. Ioannem A. Wall, Societatis Missionariorum a sancto Iosepho de Mill-Hill sodalem, *Praefectum Apostolicum de Kodoh.*

die 21 Octobris. — R. P. Gulielmum F. O'Shea, e Societate de Maryknoll pro missionibus exteris, *Praefectum Apostolicum de Peng-Yang.*

— R. P. Stephanum Mlakic, e Congregatione Filiorum Sacri Cordis Iesu, *Praefectum Apostolicum de Báhr-el-Gebel.*

SAGRA CONGREGATIO RITUUM

i

ALBANEN, **SEU** SENOGALLIEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII SERVAE DEI MARIAE GORETTI, VIRGINIS SAECULARIS.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Perpendentis vitam et gloriosam Mariae Goretti mortem illa cantici Moysis verba animum subeunt: *Invenit eum in terra deserta, in loco horroris et vdstae solitudinis, circumäuxit eum et docuit, et custodivit*

quasi pupillam oculi sui... Dominus solus duœ eius fuit (Deuteron, c*. 32, v. 10-12). Maria enim e Corinaldo, in Senogalliensi dioecesi, die 16 Octobris a. D. 1890 e piis, honestis, pauperibusque parentibus Aloisio et Assumpta Carlini nata, sequenti die baptizata, et sexennis confirmata, paullo post, ob familiae inopiam, prius in agrum « Colle Gianturco » prope <(Paliano », dein a. 1899 in agrum « Ferriere di Conca » fere desertum, sine templo, absque ludo atque tunc maligno aere desolatum, transmigravit. Sequenti anno, Aloisius, malarica febre, meningitide et typho correptus, piissime obiit, sex pueros uxoremque adhuc iuvenem relinquens.

Quum mater, ut filios aleret, agrestibus laboribus incumbere per diem cogeretur, non solum totam suorum filiorum curam, sed etiam alterius familiae, quacum convivebat, Mariae vix decenni demandare debuit; quae munus sibi commissum summa prudentia, vigilantia, navitate iudiciique maturitate supra aetatem tuita est.

Ex vitae consuetudine cum hac altera familia factum est, ut quidam iuvenis ex eadem, viginti annorum aetate, pravis lectionibus assuetus, nefandum facinus contra puellam moliri excogitaret. Et sane, bis, minis quoque mortis adhibitis, huius pudicitiam tentavit, sed incassum. Die autem 5 Iulii a. 1902, dum Mariae mater cum eodem iuvene non longe a domo in agro operaretur, hic extemplo domum petit, scalam ascendit, Mariam, quae ante cubiculi fores consuebat, ut ingrederetur, concitatus invitat, firmiter renuentem violenter abripit, in cubiculum introducit, ianuae fores claudit, ad nefas frustra sollicitatam quatuor supra decem pugionis ictibus gravissime percutit atque semianimem relinquit. *Frustra sollicitatam* diximus, quia puella non solum totis viribus a se eum reiecit, sed supernaturalibus argumentis eum a malo retrahere conata est : *Non, non, non;* ait, *Deus hoc damnat. Hoc faciens, tu peccas; tu inferni paenarum reum te constituís,* uti ipsa, facinus enarrans, matri prope moritura dixit, et sicarius ipse postea fassus est atque in processu deposuit.

Maria, quae sui compos usque ad mortem fuit, sicario libenter ignovit, quin immo se vehementer exoptare dixit ut Paradisi ianua ei aperienda foret. Quod puellae votum iam ex parte est adimpletum, quum interfector, sui criminis sincere paenituerit, atque vindicativa paena expiata a civili auctoritate sibi inflicta, in Ordinaria inquisitione amplissimam depositionem in suae victimae laudem fecerit.

Mirandum sane est puellam, quae in illo vasto et fere deserto agro, seu profano seu sacro vix ullo fruita est magisterio^ nisi optimorum parentum piis alloquiis èt exemplis, nec non catechetica institutione sum-

matim accepta in praeparationem ad Christi corpus primitus suscipiendum, nec ullius lectionis emolumento, quum esset litterarum expers, ad tantam virtutem conscendisse. Verum considerare oportet mundos corde Deum videre, secreta sua Dominum parvulis revelare, in eisque virtutes et dona in Baptismo infusa, quae in Confirmatione perficiuntur et in Eucharistia abundantius aluntur, miro modo Dei virtute operari. Maria divino instinctui intus agenti, praesertim postquam caelesti pane primitus refecta fuit, generose respondit, atque ad martyrium usque, ut videtur, se comparavit, eiusque palmam est assequuta. *Dominus solus duos eius fuit.*

Die **6** Iulii, Ecclesiae sacramentis roborata, Neptuni, quo saucia fuerat translata, castissimam animam Deo, qui Virginum corona dicitur, reddidit. Iusta funebria heic triumpho similia fuere.

Martyrii fama, sponte in populo enata, vix occisionis adiuncta fuerant nota, adeo percrebuit, ut non modo Neptuni et in viciniis, sed et heic Romae, in Italia et apud exteras regiones propagata fuerit.

Quapropter anno 1935, instante dioecesano Albanensi Consilio puellarum Actionis Catholicae, quod Causam promovit, Ordinaria auctoritate in Albanensi Curia, sub cuius iurisdictione Neptuni oppidum extat, super fama martyrii, scriptis et obedientia Urbani VIII decretis de cultu Servis Dei non exhibendo, constructa est inquisitio, eodemque anno per Rogatoriales litteras in Curia Senogalliensi processus alter est confectus.

Postulatoriae interim ad Summum Pontificem litterae ab Emo et Rmo Domino Cardinali Iorio, ab Eminentissimo Ludovico Chigi-Albani, Magno Magistro Supremi militaris Ordinis Equitum Melitensium, ab Episcopo Senogalliensi plurimasque aliis Archiepiscopis, Episcopis, Generalibus Ordinum seu Congregationum Moderatoribus, a Pont. Universitate Gregoriana, ab Archipresbytero loci « Corinaldo », Praesidibus atque Adsistentibus Societatum Catholicae Actionis Filiarumque Mariae, litterae fuerunt oblatae.

Servatis de iure servandis, urgente Rmo P. Mauro ab Immaculata, Congregationis Oler, excalceatorum Ssmae Crucis et Passionis D. N. I. C. Procuratore Gen. huiusque Causae Postulatore, in Ordinariis Sacrae huius Congregationis comitiis die 31 Maii habitis, Emus ac Rmus D. Cardinalis Carolus Salotti, Causae Ponens seu Relator, Dubium disceptandum proposuit : *Assignanda sit Commissio Introductionis Causae praedictae Servae Dei in casu et ad effectum de quo agitur,* atque super hoc de more retulit. Emi ac Rmi PP., hac audita relatione, nec non Officialium Praelatorum suffragiis, audito praesertim R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, omnibus mature perpensis, rescribere

censuere: *Affirmative,* seu *signandam esse Commissionem Introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem, subsignata die, Ssmo D. N. Pio Papae XI ab infrascripto Secretario relatione, Sanctitas Sua, Sacrae Congregationis rescriptum ratum habens, propria manu Commissionem Introductionis Causae Servae Dei Mariae Goretti signare dignata est.

Datum Romae, die 1 Iunii a. D. 1938.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

LEODIEN, SEU ANICIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI EUGENIAS JOUBERT, E CONGREGATIONE SORORUM SANCTAE FAMILIAE SACRATISSIMI CORDIS.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Lectissimum lilium e Congregatione Sororum Sanctae Familiae Sacratissimi Cordis a. D. 1904 ad caeleste viridarium translatum, suavissimum in terris odorem adhuc effundit; Eugeniam Joubert dicimus, cuius vitae sanctimonia talis esse videtur, qualis ab Apostolica Sede in iis requiritur, quorum virtutes heroicitatem attigisse olim declarari queant. Re sane vera Eugenia in oppidulo Yssingeaux, Anicien. dioecesis in Gallia, die 11 Februarii a. I). 1876, quarta ex octo filiis, quos Petrus et Antonia Celle genuerunt, nata, eodem die sacris baptismi aquis abluta, adoptionis gratiam sub beatae Virginis Immaculatae Lapurdensis patrocinio est assequuta. Quinquennis, Ursulinis Sororibus, loci Monistrol, educanda traditur, apud quas novem per annos mansit, sacraque dape primitus refecta.

Apud Sorores a S. Ioseph in natali oppido ludum per biennium celebravit; demum tres per annos in urbe Aniciensi apud Sorores Nostrae Dominae educationem complevit, ubique virtutum supra aetatem exempla relinquens, adeo ut magnam de ea spem expectationemque attente eam considerantes conciperent. Nec spes eos fefellit. Eugenia enim, quae

iamdiu religiosae vocationis indicia persentiebat, patris Rabussier e S. I. invitationi obsequuta, Congregationem Sororum Sanctae Familiae Sacratissimi Cordis, ab eodem paullo ante fundatam, in loco « la Darne Sainte-Marie » die 6 Octobris mensis a. 1895 est ingressa, die vero 13 Augusti sequentis anni tirocinium inauguravit.

Digna sunt quae memorentur verba quasi prophetica, quae eius mater protulit quando Eugenia religiosae vitae se mancipavit : *Filióla,* ait, *ego te Deo o ff ero : ne retro r espidas : sanctam te facias.*

Prophetica dixeris verba haec; Eugenia enim virtutes omnes, quae religiosam decent, summa perfectione in actum deduxit. Sodalibus propter suavissimos mores carissima erat, ad pietatem autem quod attinet, omnibus exemplo praeibat. Religiosis votis a. 1897, die beatae Virginis nativitati sacro, in S. Dionysii Parisiensi asceterio ineffabili animi gaudio nuncupatis, arduam *sanctitatis semitam,* nunquam *retro respiciens,* nullis praepedita difficultatibus, generoso ausu voravit; atque ad eam, ut videtur, brevi novem annorum decursu feliciter pervenit.

Christi, sui dilectissimi sponsi, crucem amanter amplexata, diri morbi dolores angoresque, Deo gratias agens, animosa, sustinuit. Morbi aliquantulum remissa vi, Lauretanam beatae Virginis domum invisere, Romanamque familiam nuper fundatam adire valuit. Verum iterum et violentius recursante infirmitate, Leodii, quo reversa fuerat, die 2 Iulii a. 1904, Visitationis beatae Mariae Virginis festo, Ecclesiae sacramentis pientissime receptis, purissimam animam Deo laetanter reddidit, annos nata octo et viginti.

Sanctitatis fama, qua Dei Famula vivens ornata fuit, post pretiosum obitum aucta est, ideoque Ordinaria auctoritate in Leodiensi dioecesi nec non in Romana, Aniciensi et Parisiensi Curiis instructi sunt processus.

Plures interim litterae beatificationem postulantes Summo Pontifici sunt porrectae, inter quas Leopoldi Belgarum Regis, Zitae Imperatricis, novem Cardinalium, Emi Ludovici Chigi-Albani, Ordinis Melitensis Magni Magistri, unius supra nonaginta Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Generaliumque Moderatorum Ordinum.

Die 3 Maii a. 1936 Sacra haec Congregatio decretum edidit super Servae Dei scriptis.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, instante R. P. D. Francisco Xaxerio Hertzog, Protonotarii Apostolico, Causae Postulatore, in Ordinariis Sacrae Rituum Congregationis Comitiis die 31 Maii mensis anni huius habitis, Emus ac Rmus Card. Raphael Carolus Rossi, Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit discutiendum : *An signanda sit Commissio Introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Emi ac Rmi Patres, audita Cardinalis Ponentis relatione, nec non auditis suffragiis a Praelatis Officialibus scripto latis, praesertim vero a R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, rescribendum censuere: *Affirmative,* seu *Signandam esse Commissionem Introductionis Causae, si Ssmo placuerit.* Facta autem Ssmo D. *is.* Pio Papae XI ab infrascripto Secretario, subsignata die, relatione, Sanctitas Sua rescriptum **Emorum** Patrum ratum habens, Commissionem Introductionis Causae Servae Dei Eugeniae Joubert, Sua Manu signare dignata est.

Datum Romae, die 1 Iunii a. D. 1938.

C. Card. LAURENTI, ***Praefectus.***

L. *m* S.

A. Carinci, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 25 ottobre 1938, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi P. Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù esercitate dalla Serva di Dio Placida Viel, seconda Superiora Generale dell'Istituto delle Scuole Cristiane della Misericordia.

Martedì, 8 novembre 1938, nel Palazzo di S. Callisto, alla presenza dell'Emo e Revmo Signor Cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, Vescovo di Ostia e Albano, si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *antepreparatoria,* nella quale i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso su due miracoli che si asseriscono operati ad intercessione della Venerabile Serva di Dio Anna Maria Javouhey, fondatrice delle Suore di S. Giuseppe di Cluny.

SEGRETERIA DI STATO

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

5 ottobre 1938. I Revmi Abate Don Giuseppe Ricciotti, dei Canonici Regolari Lateranensi del Santissimo Salvatore, Padre Agatangelo da Langasco, dei Frati Minori Cappuccini e Padre Samuele Vanni, dei Carmelitani dell'Antica Osservanza, *Consultori della Sacra Congregazione dei Religiosi.*

26 » » Gli Illmi e Revmi Monsignori Vittorio Bartoecetti e Angelo Dell'Acqua, *Consultori della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale.*

1 novembre' » Il Revmo Padre Cristoforo Bigazzi, O. P., *Primo Compagno del Commissario della Suprema Sacra Congregazione del S. Offizio e Consultore della stessa Sacra Congregazione.*

10 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Domenico Jorio, *Membro della Suprema Sacra Congregazione del S. Offizio.*

Parimenti con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

18	maggio	1932.	Monsig. Francesco Reggio, dell'archidiocesi di Smirne.
3	giugno	1937.	Monsig. Giuseppe Cam ans, dell'archidiocesi di Riga.
»		»	Monsig. Luigi Bröks, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Casimiro Kalinka, della medesima archidiocesi.
11	agosto	1938.	Monsig. Giuseppe McShea, dell'archidiocesi di Filadelfia.
18	»	»	Monsig. Paolo Bernier, dell'archidiocesi di Québec.
»	»	»	Monsig. Adriano Spinedi, della diocesi di Terni.
lo	settembre	»	Monsig. Paolino Costa, dell'archidiocesi di Torino.
»	»	»	Monsig. Paolo Pappalardo, della diocesi di Noto.
29	»	»	Monsig. Giuseppe Palma, della diocesi di Ostuni.
		»	Monsig. Cesare Spallanzani, della diocesi di Reggio Emilia.
		»	Monsig. Luigi Senia, della diocesi di Castellammare di Stabia.
20	ottobre	»	Monsig. Gualtiero A. Roddy, dell'archidiocesi di Cincinnati.
		»	Monsig. Cleto A. Miller, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Carlo C. Kuenle, della medesima archidiocesi.
27	»	»	Monsig. Filippo Marchionni, della diocesi di Osimo.
»	»	»	Monsig. Antonio Xuereb, della diocesi di Malta.
3	novembre	»	Monsig. Alan J. Babcock, della diocesi di Detroit.

Cameriere d'onore in abito paonazzo di S. S. :

9	luglio	1936.	Monsig. Moisé Nora, della diocesi di Campiñas.

NECROLOGIO

8	ottobre	1938.	Monsig. Augusto Leopoldo Huys, Vescovo tit. di Rusicade.
28	»	»	Monsig. Francesco O'Rourke, Vescovo tit. di Ostracine.
3	novembre	»	Monsig. Paolo Bergen Misner, Vescovo tit. di Mirica.
13	»	»	Monsig. Leopoldo Duarte Silva, Arcivescovo di S. Paolo del Brasile.

An. et yol. XXX 30 Novembris 1938 . (Ser. II, v. V) - Num. 13

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA pn PP. XI

LITTERAE DECRETALES

I

BEATUS ANDREAS BOBOLA MARTYR, SOCIETATIS IESU SACERDOS, AD CAELITUM SANCTORUM HONORES EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ex aperto Christi latere Catholica Ecclesia in Cruce exorta Eiusque Sanguine dealbata, atqu'e iam inde ab incunabulis et usque adhuc innumerabilium generoso Martyrum sanguine corroborata, praegrandi hac die gaudio exultât, eo quia alium conspicit filium suum Sanctorum Caelitum corona redimiri, gloriosum Märtyrern dicimus S. Andream Bobola, nobilis Polonae nationis civem et inditae Societatis Iesu sacerdotem. Quod quidem Nobis non sine providentissimo Dei consilio hacce nostra aetate peragere datum est; nam, cum hodie vulgo homines, caritate posthabita, *quae sua sunt quaerant,* suaque commoda utilitatesque unice spectantes, de proximorum salute nihil pensi habeant, perutile animarum saluti visum est fortissimum Christi pugilem in exemplum proferre, qui, *venator animarum* iure meritoque appellatus, actuosum divini Regni •dilatandi studium nos edocet; ac Martyr invictus enervatos nostrorum temporum homines ad fortitudinem compellat et ad quoslibet Dei Ecclesiaeque causa tolerandos labores, secundum illud *magna facere ac perseti christianum est.*

Anno Domini ille millesimo quingentésimo nonagésimo primo in *Parva,* quam vocant, *Polonia,* in Palatina tu Sandomiriensi ortum habuit *ex* parentibus nobilitate generis praeclaris. Grandiusculus factus, optimo

ingenio praeditus, egregiam sui spem excitavit et ad scholas Societatis Iesu collegii, quod patrui sui Andreae munificentia conditum fuerat, missus, morum innocentia ac singulari pietate enituit. Saeculi vanitates spernens et verbi Dei apostolus fieri ardenter exoptans, Societati Iesu nomen dare statuit, atque annum agens undevicesimum Vilnae in eiusdem Societatis novitiatum ingressus est, ibique, duce Laurentio Bartilio, tyronum magistro, sanctioris vitae fundamenta posuit, ac, biennio expleto, vota nuncupavit die prima et trigesima Iulii mensis, anno millesimo sexcentésimo tertiodecimo, quo eodem anno minoribus ordinibus in cathedrali ecclesia Vilnensi initiatus est. Per triennium deinde philosophicis studiis vaca vit, quibus absolutis, anno millesimo sexcentésimo decimo sexto adulescentulos in litteris puerosque in christianae fidei rudimentis instituendi munus, uti Societatis Iesu sodalibus mos est, suscepit; quod illi viam stravit ad maiora obeunda munera, unde et aliis aeterna salus et ipsi palma honestissima obventura erant.

In Brunsbergensi collegio, in Varmia, primum, in quo tercenti fere alumni studiis incumbebant, deinde in Collegio *Poltusk* urbis magistri officium exercuit, in quo mirum exhibuit exemplum zeli, prudentiae animique mansuetudinis. Rursus Vilnam vocatus, theologicis disciplinis sedulam operam dedit. Anno autem millesimo sexcentésimo vigesimo primo sacros suscepit ordines subdiaconatus et diaconatus, ac tandem, die duodecima Martii insequentis anni ad presbyteratum evectus est, qua die Romae Ignatius et Franciscus Xaverius in Sanctorum album referebantur. Sacerdotio auctus, ex ea dignitate novam maioremque sumpsit vim ad animas Christo lucrifaciendas ac potissimum ad strenue contra haereticos pugnandum. Theologicis vero studiis expletis, sacerdotali ministerio se totum dedit, quod Vilnae primum, deinde in *Bobrujsh* urbe miro exercuit zelo, quem nec labores prope innumeri, nec temporum adversitas, nec hostium minae, nec denique morbus pestilens, qui ter continenter annos per ea loca grassatus est, imminuere potuerunt. Omnes in christiana perfectione obfirmare atque turbatis animis, superstitione detentis, lucem et solatium afferre nitebatur. Sive in urbe, sive in agris christianam doctrinam diligenter edocebat, atque, pauperum domos et squalentia tuguria frequentans, civium animos ad se allicere studebat, ut cum illis de catholicae Fidei dogmatibus familiariter loqui posset. Neque carcere detentos vel aegrotos neglegebat, quibus nunquam auxilii sui defuit levamen. Andreae vero in proximum caritas tum praecipue enituit, cum in Polonia anno millesimo sexcentésimo vicesimo quinto et iterum quatuor post annos exitiosa pestis orta est. *Omnibus omnia factus* una cum aliquot sodalibus heroicae caritatis praeclara, hi-

lari semper animo, praebens exempla, morbi contagionis periculum spernens, aegrotorum corporum sed magis animarum saluti consuluit. Diebus festis, in concionibus sacris divini verbi praeconem tam efficaciter agebat tantoque fervore, ut ad illas auscultandas ingens civium numerus ac ipsi aulae regiae proceres accurrerent. Qua de causa ab omnibus verus Apostolus et *animarum venator* vulgari nomine appellabatur. Anno demum millesimo sexcentésimo trigesimo, die secunda Iunii mensis, sollemnem professionem religiosam emisit.

Andreae zelo pro Dei gloria propaganda consociata est magna dolores et aerumnas perpetiendi cupiditas. Hinc asperrimi cruciatus, quibus corpus afflictabat, hinc ieiunia plurium dierum antequam ad missiones peragendas se conferret.

Tantum religionis et caritatis ardor, ex quo maximi, Deo adiuvante, percipiebantur fructus, schismaticorum quibus invisa prorsus in sacro ministerio Andreae alacritas erat, magnum in eum odium concitavit, et illi, ira perciti, eum morti tradere statuerunt. Tristis et plena aerumnarum calamitas eas regiones tunc temporis divexabat : infelicem namque Poloniam, quae hostium armis undequaque pressa erat, Cosaci, non modo a vera religione sed etiam ab animi humanitate omnino remoti, invaserant, et, schismaticis instigantibus, suae ferociae impetum ad convelían dam catholicam fidem converterant : dirutae ecclesiae, disiecta monasteria, trucidati passim sacerdotes ac fideles, sacra omnia dispersa. Andreas, qui tunc in Lituania sacris missionibus incumbebat, non quidem timorem, sed e contra laetitiam singularem ex iis concepit animo, quippe sibi oblatam videbat occasionem proprio sanguine catholicae fidei testimonium dandi.

Nec diu certamen quod optabat moratum est. Cosaci namque die sexta decima Maii mensis, anno millesimo sexcentésimo quinquagesimo septimo non longe a pago *P er edil*, prope J ano viam Andream comprehenderunt, qui fustibus percussus, alapsis caesus, fune tractus ab equite praeeunte laborioso et cruento itinere, Janoviam ductus est extremo supplicio dandus. In quo certamine Martyr polonus nobilissimos aequavit, quos celebrat Ecclesia, triumphos. Interrogatus an latinus sacerdos esset, Andreas « Sacerdos, inquit, catholicus sum, natus in catholica fide, in hac ipsa fide mori volo; fides mea verax; ad salutem ducit; vos potius poeniteat; poenitentiae indulgete, secus vestris in erroribus salutem assequi minime poteritis; fidem meam amplectentes, Deum verum cognoscetis, animasque vestras salvabitis ». Quibus verbis ferociores facti, scelesti homines in Christi pugilem non unam vel alteram poenam adhibent, sed pene innumeras atque acerbissimas : flagris antea caedunt et

asperam capiti eius coronam imponunt; falcato ense vulnerant; pellem ei diripiunt occipiti; pectoris, dorsi aliarumque corporis partium plagas ardentibus lampadibus torrent, eique pugili invicto, fidei professionem iteranti, labia et nares recidunt, linguam radicitus divellunt atque effodiunt oculum; ac tandem, dum Andreas in vitae confinio versatur, carnificum quidam duobus gladii ictibus tam acerbo martyrio finem imponit. Beati Martyris corpus, in sterquilinium per summam iniuriam a persecutoribus proiectum, sed mox sub nocte, Deo Servum suum glorificante, mira luce splendescens, ab universo populo ingemiscente, effusis precibus, cum veneratione sublatum, a Parocho Ioanne Zalewski diligenter asservatum est ac postea a duobus Societatis Iesu sodalibus rite compositum.

Atrocissima Andreae mors et martyrii causa non in Polonia solum sed et alibi vulgata, famam de illo excitavit; quae tamen ob temporum rerumque iniuriam per quinquaginta fere annos sopivit, ipso quoque eius sepulcro obliterato. Sed anno millesimo septingentésimo secundo, Andrea ipso revelante, sacrum eius corpus incorruptum et quovis foetore carens, uti nuper humatum, repertum est cum omnibus atrocissimi quod super narravimus martyrii stigmatibus. Quae quidem simul ac vulgata fuerunt, maximus ad sepulcrum coepit esse hominum concursus atque innumerae Dei gratiae atque miracula etiam, Beati illius Martyris intercessione, a Deo patrata dicebantur. Quamobrem magnum efferbuit desiderium tantum virum in Sanctorum numerum adscribendi. De eius igitur Martyrii declarati onp nec non de eiusdem Beatificatione et Canonizatione Causa apud Sacram Rituum Congregationem introducenda agi coeptum est. Quatuor idcirco processus auctoritate ordinaria adornati fuere. Quibus rite recognitis, fel. rec. Benedictus Papa Tertiusdecimus, Praedecessor Noster, die vigesima secunda Decembris, anno millesimo septingentésimo vigesimo octavo introductionis Causae commissionem signavit. Expletis postea tam in episcopali curia Luceoriensi, quam in curia Yilnensi ceteris inquisitionibus iure praescriptis, fel. rec. Benedictus Papa Quartusdecimus, et ipse Praedecessor Noster, anno millesimo septingentésimo quinquagesimo quinto, die nona Februarii mensis, decretum edidit, quo declaravit martyrium et causam martyrii venerabilis Andreae Bobola ita probari, ut procedi posset ad ulteriora, ad discussionem nempe et approbationem quatuor miraculorum. Interea venerabilis Christi Martyris corpus, quod, post exactos Societatis Iesu Patres e Polonia, Uniatis primum, clero schismatico dein tuendum commissum e Pinscensi oppido anno millesimo octingentesimo octavo Polociam translatum est, in Societatis collegii Ecclesiae crypta satis decoro donatum est sepulcro, quod

quidem novis gratiis miraculisque gloriosum fulgere coepit. Causa tamen usque ad annum saeculi illius vicesimum secundum graves ob causas siluit.

Anno demum millesimo octingentesimo trigesimo quinto fel. rec. Gregorius Papa Sextusdecimus, die vigesima quinta Ianuarii solemniter edixit constare de uno miraculo, *de incórruptione,* scilicet, *corporis Venerabilis Servi Dei.* Anno autem millesimo octingentesimo quinquagesimo tertio fel. rec. Pius Papa Nonus, die quinta mensis Maii, festo Ascensionis D. N. Iesu Christi, in Basilicae Lateranensis Secretario, ad quam adiverat ut iuxta veterem Summorum Pontificum consuetudinem, cum Sacro Cardinalium Senatu Missae Pontificali adsisteret, sollemniter decrevit : *Constare de tribus aliis miraculis a Deo patratis, venerabili Andrea Bobòla intercessore adhibito, nimirum primo : instantaneae ac perfectae sanationis filii Ioannis ChmielniCki a cachearía scorbutica^ a qua universam corpus sordidis verminosisque scatebat ulceribus, quaeque plicam rachitidinemque produxerat; secundo: instantaneae perfectaeque sanationis MariannaeFlorkowsJca a cruenta dysenteria; tertio: instantaneae perfectaeque sanationis Catharinae BrzozowsJca a fluxu dysenterico cum tabe.* Die autem vicesima quarta insequentis mensis Iunii decretum evulgatum fuit, quo statutum est : « *Tuto procedi posse ad sollemnem Venerabilis Servi Dei Beatificationem))',* de qua re die quinta mensis Iulii Litterae Apostolicae *Quae duo,* in forma Brevis datae fuerunt. Tandem die trigesima mensis Octobris eiusdem anni Beatificationis sollemnia in Vaticana Basilica splendido apparatu ornata ac magna populi frequentia celebrata sunt.

Post haec Beatificationis sollemnia per septuaginta fere annos ob temporum iniuriam denuo Causa siluit, quamquam ad perillustris Beati huius Martyris sepulcrum non mediocris erat fidelium concursus ac plurimae sanationes et miracula quoque non pauca eius intercessione dicebantur a Deo patrata. Quos inter Dei favores is merito adnumerandus est, quod, eam anno millesimo nongentesimo undevicesimo bolsceviki qui dicuntur Polociam occupassent et eorum aliqui Beati Andreae corpus profanare tentassent, tanto huic sacrilego facinori b. m. Ioannes Baptista Cieplak, dioecesis Mohiloviensis, in cuius dicione Polocia urbs extat, tum Episcopus Suffraganeus, adiuvantibus quoque aliquot ex ipsis bolscevikis, strenue se opponens, sepulcrum integrum tunc quidem servare valuit.

Mira quoque sane putatur Beati exuviàrum ab impia destructione conservatio, earumque insperata a bolscevikis illis redemptio, a Nobis feliciter, Deo favente, obtenta. Quum etenim Beati Andreae corpus Po-

loeia, ubi maiore in dies fidelium veneratione colebatur, in *Yitebsh* oppidum primum, deinde Moscuam communistarum iussu delatum esset et in quodam privato musei loco repositum, Nos sacras Beati reliquias recuperare potuimus, et illae, maximis difficultatibus, in itinere potissimum, feliciter superatis, in Urbem, in Palatium Apostolicum Vaticanum die secunda Novembris anno millesimo nongentesimo vicesimo tertio, translatae sunt et, Maio mense insequentis anni in FarnesianO Ss. Nominis Iesu templo publicae christifidelium venerationi propositae, usque dum, uti Nostris et Polonum praecipue in votis est, Poloniam, cuius peculiarem patronum Andreas se ipse protulit, referri poterunt.

Interea magis in dies invalescebat erga novensilem Beatum fidelium pietas ac fervor; cumque nova alia, eius interventu implorato, a Deo dicerentur patrata prodigia, plurimae enixaeque, S. R. E. Cardinalibus et Episcopis non paucis, atque primi ordinis viris praeeuntibus, preces porrectae sunt tum s. m. Benedicto Papae Quintodecimo, Decessori Nostro, tum Nobis ipsis, ut Causa resumeretur ad Beati Andreae Canonizationem obtinendam. Nos vero, Iubenti animo huiusmodi preces excipientes, die vicesima tertia Iulii mensis, anno millesimo nongentesimo vicesimo quarto reassumptionis Causae commissionem propria manu[1] signavimus. Bina itaque proposita sunt miracula, supera quibus apostolici instructi processus, quorum iuridica forma post institutam de his disceptationem valida recognita est.

Prior mira sanatio in urbe Krynica in Archidiocesi Cracoviensi die tertia Septembris mensis anno millesimo nongentesimo vigesimo secundo evenit.

Idae Henricae Turuau viduae Kopecka, annos natae quadraginta sex, ob osteomalaciae morbum roentgenianorum radiorum curatio fuit adhibita. Exinde graves ustiones in abdomine est passa. Altera ex his in quindecim et duodecim centimetra protendebatur, altera vero aliquantulo minus. Hae ustiones foetida saniemque manantia ulcera genuerunt, quae insanabilia, nisi quoque mortifera, a medicis sunt habita. Particula de B. Andreae Bôbola reliquiis corpori apposita, eoque invocato, Ida .statim ita convaluit, ut sine impedimento et infirmae sor ori curas adhibere et Ecclesiam adire valuerit. Inspecto speculi ope abdomine nullum amplius ulcus vidit, manibus autem sensit ulcerum loca pelle contecta; id quod et medicus a curatione ita fuisse de visu comprobavit. Idem medicus, atque periti a S. Kituum Congregatione deputati, sanationem hanc naturae vires excedere edixerunt.

Altera sanatio in alma hac Urbe die trigesima Decembris anno millesimo nongentesimo trigesimo tertio contigit.

Soror Aloisia Dobrzynska, e Congregatione Servarum Mariae V. Immaculatae, acuta pancreatite, aliis morbosis stipata symptomatibus, laborabat, a qua non aliter, nisi forte per chirurgicum ferrum, sanari potuisset, uti medicus a curatione pluresque a SS. Rituum Congregatione delecti periti, collegialiter quoque coacti, pluribus etiam perspectis radiographiis. edocent. Ferventes a consororibus aliisque ad B. Andreae patrocinium implorandum effusae sunt preces. Die vigesima nona Decembris morbus in sua gravitate saeviebat; die insequenti de sua malignitate adeo remiserat, ut periti omnes sanationem iam tunc evenisse consenserint.

De utraque hac prodigiosa sanatione districtio iudicio ad iuris tramitem disceptatum est, ac tandem die quinta et vicesima mensis Aprilis, praeterito anno, ad Nos advocatis dilectis Filiis Nostris Cardinalibus Camillo Laurenti, SS. Ritum Congregationis Praefecto, et Petro Segura y Saenz, nec non dilectis Filiis Alfonso Carinci, eiusdem Congregationis a Secretis, ac Salvatore Natucci, S. Fidei Promotore Generali, sollemniter ediximus : « *Constare de duobus miraculis. Beato Andrea Bobôla intercedente a Deo patratis, scilicet, de instantánea perfectaque sanatione tum Idae Kopecka a gravi ustione radiorum X, cum Sororis Aloisiae Dobrzynska ab acuta pancreatite.*

Ad nobilem autem huius Causae exitum unum deerat excutieñdum dubium, an, videlicet, stante duorum miraculorum approbatione, *tuto* procedi posset ad sollemnem B. Andreae Canonizationem. Quod dubium die undecima mensis Maii eiusdem anni in Generali Congregatione coram Nobis in Palatio Apostolico Arcis Gandulphi, Raphael Carolus, S. R. E. Presbyter Cardinalis Rossi, nomine et vice praefati Cardinalis Petri Segura y Saenz, disceptandum proposuit, et omnes qui aderant tum Patres Cardinales, tum Officiales, Praelati et Consultores in affirmativum responsum unanimiter concesserunt. Nos tamen sententiam Nostram pandere die decima sexta eiusdem mensis statuimus. Qua die, praefatis Cardinalibus Camillo Laurenti et Petro Segura y Saenz, atque Alfonso Carinci et Salvatore Natucci ad Nos arcessitis, sacroque Eucharistico sacrificio pientissime litato, sollemniter declaravimus *Tuto procedi posse ad sollemnem B. Andreae Bobola Canonizationem.*

Quibus omnibus rite peractis, ut in re tam gravi sapientissimus a Decessoribus Nostris constitutus servaretur ordo, primum quidem venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales in Consistorium secretum, die septima decima Martii huius anni, apud Nos convocavimus," in quo dilectus Filius Noster Camillus Cardinalis Laurenti sermonem habuit de vita, martyrio et de miraculis B. Andreae Bobola, nec non de vita

et miraculis B. Ioannis Leonardi, Confessoris, Sacerdotis, Fundatoris Ordinis Clericorum Regularium a Matre Dei atque B. Salvatoris ab Horta, Confessoris, Laici professi Ordinis Fratrum Minorum; ac recensuit acta, quae in Causis eorumdem Beatorum Beatificationis et Canonizationis SS. Rituum Congregatio, praevio accurato examine, admittenda ac probanda duxerat. Qua relatione expleta, Nos Patrum Cardinalium singillatim suffragia exquisivimus; singulique iidem Cardinales suam Nobis aperuerunt sententiam. Consistorio secreto absoluto, rite celebratum est consistorium publicum in quo pro eorumdem Beatorum Canonizatione sollemnis peroratio per dilectos Filios Consistorialis Aulae Advocatos habita est; pro B. autem Andrea Bobola dilectus Filius Philippus Re perorationem diserte peregit.

Nos vero quod expostulatum est grato animo complectentes nihil antiquius fassi sumus habere, *quam ut evangelicae virtutis Tieroes ita in sua luce ponantur, ut quotquot sunt militantis Ecclesiae filii, eorum intuentes sanctitudinis fulgorem, in trepidis afflictisque huius vitae solacium, in arduo christianae perfectionis certamine invitamentum, in omne genus necessitatibus auxilium habeant ac praeterea ex horum Caelitum egregie sanctissimeque gestis, omnium admirationi imitationique propositis, hoc vel luculentius enitere* diximus, *quod in praesenti rerum gravitate spem Nostram, Dei innixam pollicitationibus, acuit ac roborat;* illos idcirco praeclaros Caelites exoptare sanctitatis decorare Ínfula; sed tamen nihil velle ex iis desiderari rebus rationibusque, quibus Apostolica Sedes, ex peculiari more institutoque suo, graves huiusmodi causas expedire solet. Quapropter non ante inviolabile auctoritatis Nostrae oraculum laturos, quam in consistorio semipublico, quod vocant, tum iterum S. R. E. Cardinalium, tum omnium quotquot in Urbe adfuturi sint Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi et Abbates *nullius* sententiam exquisierimus.

Interea singulis eorum reddendos iussimus legitimos commentarios, in quibus Beatorum illorum Andreae Boböla, Ioannis Leonardi et Salvatoris ab Horta vitae curriculum, egregie gesta, ac patrata a Deo eorum deprecatione miracula breviter descripta essent, et acta omnia in eorumdem Beatorum Canonizationis Causis notata. Omnes igitur Patres Cardinales et Antistites illos, ad Nos die trigesima prima proxime elapsi mensis Martii in Consistorio *sem/ipnblico* convoca tos, allocuti sumus et singulorum sententiam exquisivimus, quid de supremis sanctitatis honoribus Beatis illis decernendis sentirent. Quum vero, exceptis adstantium suffragiis, omnes cum Nostra convenire sententia grato animo novissemus, proxima die sollemni Paschatis, decima septima nempe mensis

Aprilis, in Petriana Basilica triplicem una simul Canonizationem peragere decrevimus. Interea vero Deum Nobiscum rogare omnes adhortari sumus, ut id laboranti Ecclesiae, iis potissimum nationibus novo hoc afficiendis decore, faustum, felix fortunatumque sit.

De quibus omnibus ut publicum conficerent instrumentum, dilectis filiis adstantibus Protonotariis Apostolicis mandavimus.

Quum autem auspicatissima a Nobis praestituta dies trinae huic Canonizationi celebrandae advenerit, universi tum saecularis cum regularis cleri ordines, Romanae Curiae Praesules et Officiales necnon venerabiles Fratres Abbates, Episcopi, Archiepiscopi et Patriarchae, atque S. R. E. Patres Cardinales in Vaticanam Basilicam, innumeris respondentem lycnis ac splendido ornatami apparatu, maximaque christifidelium stipa tam frequentia, quos inter plurimi ex Hispania ac Polonia ac plura Puellarum Actionis Catholicae millia, solemni pompa una Nobiscum ingressi sunt; Nos autem ad Cathedram Nostram porreximus ibique sedium s.

Porro dilectus Filius Noster Camillus Cardinalis Laurenti, Sacrae Congregationis Rituum Praefectus, trinae huic Canonizationi praepositus, per dilectum Filium Augustum Milani, Consistorialis Aulae Advocatum, *instanter* prius, *instantius* dein ac *instantissime* a Nobis expostulavit, ut Beati Caelites Andreas Bobola, Ioannes Leonardi et Salvator ab Horta in Sanctorum album per certum oraculum Nostrum describerentur. Nos vero, cum tanti ponderis causa ageretur, ad hoc pervenire noluimus, nisi prius supplices ab omnibus Deo preces admoverentur, patrocinio interposito Deiparae Virginis totiusque Curiae caelestis, ut a Paraclito Spiritu supernae lucis copia Nostrae menti affulgeret. Quod quidem ab adstantibus omnibus ferventissime actum est.

Tum demum, omnibus quidem stantibus, Nos vero in Cathedra sedentes, de plenitudine Apostolicae potestatis, sollemniter sic pronuncia vimus : *Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad eœaltationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita, et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe existentium consilio; Beatos Andream Bobola Märtyrern, Ioannem Leonardi et Salvatorem ab Horta, Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes ab Ecclesia Universali illorum memoriam quolibet anno die eorum natali, nempe Andreae Bobola die decima sexta Maii, inter Sanctos Martyres, Ioannis Leonardi die nona Octobris,*

et Salvatoris ab Horta die decima octava Martii, inter Sanctos Confessores non Pontifices pia devotione recoli debere. In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Qua canonizationis formula a Nobis edita, precibus annuentes dilecti Filii Nostri quem supra memoravimus Camilli Laurenti per praedictum Augustum Milani Nobis porrectis, Decretales hasce Litteras confici expedirique iussimus et de hac ipsa trina canonizatione publicum instrumentum Protonotariis Apostolicis exarandum mandavimus. Gratias deinde omnipotenti Deo ob tantum beneficium devote peragentes, hymnum *Te Deum,* quem Nos praecinuimus, omnes gaudio exsilientes decantaverunt. Primum deinde novensilium Sanctorum patrocinio invocato, Nos homilia populum allocuti sumus in qua « *Haec est dies,* inquimus, *quam fecit Dominus, exultemus et laetemur in ea. Hodie Christus Dominus, devicta morte, aeternitatis nobis aditum reseravit; hodie militans Ecclesia triumphantis Ecclesiae gaudia effusior e laetitia participat, quod tres e suis civibus, divini Redemptoris vestigia secuti, sanctitudinis sempiternaeque beatitatis compotes inerranti iudicio consecrantur.*

Breve deinde de singulis Sanctis illis praeconium teximus, eorum virtutum laudes recolentes, ut ad ipsorum egregie gesta pro viribus imitanda incendamur : ac tandem verba quae sequuntur in fine adiecimus, quae in Nostris hisce Litteris iterare collubet Nobis : « *Tribus in his Caelitibus peculiaris videtur Nobis providentissimus Deus benevolentiae dedisse pignus; quandoquidem iidem — populis in praesens tanto rerum discrimine turbatis — novam Ecclesiae portendunt meliorum temporum spem. Quorum Caelitum alterum, Poloniae decus, christiani Orientis et Occidentis unitatem suis precibus imploraturum confidimus, in cuius finibus ipse martyrii palmam promeruit; alterum catholicae Hispaniae, pace tandem concordiaque redintegrata, vigentiora christianae vitae opera conciliaturum; alterum denique sacris Missionalium expeditionibus uberiora usque incrementa deprecaturnm, quas ipsemet indefaticabili studio suasit atque provexit. Benignissime iidem patriam quisque suam respiciant; suaque tutela efficiant ut, — errorum colluvione prohibita, quae ima Civitatis fundamenta subruens* atque *corrumpens, populos in barbariem veterem detrudere conatur — nostra quoque aetate eaedem Nationes validissima exstent catholicae religionis civilisque cultus propugnacula. Itemque Ecclesiam universam benevolenti vultu respiciant, utque una simul comprecando a Deo impetrent, ut eius ductu e praesentibus tempestatibus victrix emergens, novos agat triumphos, omnesque gentes ad unum Iesu Christi ovile feliciter reducat. Amen ».*

Qua homilia a Nobis habita, apostolicam benedictionem et plenariam

admissorum indulgentiam adstantibus peramanter impertivimus atque post pontificale Sacrum, quod venerabilis Frater Noster Ianuarius S. R. E. Cardinalis Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Ostiensis et Albanensis, Sacrique Collegii Decanus, rite persolvit, e superiori podio S. Petri plateam prospiciente sollemnem immenso adstanti populo, nec non *Urbi* et *Orbi,* benedictionem ac plenariam indulgentiam iterum impertivimus.

Praeclara itaque novensilis Sancti Andreae Bobola Apostolicis his Decretalibus Litteris consecrata memoria, omnibus quae inspicienda erant bene perpensis, certa scientia, omnia et singula quae supra memoravimus, de apostolicae potestatis plenitudine iterum confirmamus, roboramus, statuimus, decernimus universaeque Ecclesiae Catholicae denunciamus. Mandamus insuper ut earumdem Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii Apostolici subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus habeatur fides, quae, hisce praesentibus haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero Decretales has Litteras Nostras definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, statuti et voluntati Nostrae infringere vel eis ausu temerario, quod Deus avertat, contraire aut attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo octavo, die decima septima mensis Aprilis, Dominica Resurrectionis D. N. I. C, Pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



✠ Ego IANUARIUS Episcopus Ostiensis et Albanensis Cardinalis GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE, Decanus Sacri Collegii.

✠ Ego DONATUS Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis SBARRETTI.

£g Ego Fr. THOMAS PIUS, Ord. Praed., Episcopus Portuensis et S. Rufinae Cardinalis BOGGIANI, Cancellarius S. R. E.

£g Ego HENRICUS Episcopus Veliternus Cardinalis GASPARRI.

£8 Ego FRANCISCUS Episcopus Tusculanus Cardinalis MARCHETTI SELVAGGIANI.

£g Ego ANGELUS MARIA Episcopus Praenestinus Cardinalis DOLCI.

Ego ALEXANDER tituli S. Mariae in Cosmedin Presbyter Cardinalis VERDE.

Ego LAURENTIUS tituli S. Pancratii Presbyter Cardinalis LAURI, Paenitentiarius Maior.

Ego EUGENIUS tituli SS. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinalis PACELLI.

Ego Fr. RAPHAËL CAROLUS tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis Rossi.

Ego PETRUS tituli S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis FUMASONI BIONDI.

Ego FRIDERICUS tituli S. Mariae de Victoria Presbyter Cardinalis TEDESCHINI, Datarius.

Ego CAROLUS tituli S. Bartholomaei ad Insulam Presbyter Cardinalis SALOTTI.

Ego HENRICUS tituli S. Mariae Novae Presbyter Cardinalis SIBILIA.

Ego FRANCISCUS tituli S. Caeciliae Presbyter Cardinalis MARMAGGI.

Ego ALOISIUS tituli S. Pudentianae Presbyter Cardinalis MAGLIONE.

Ego CAROLUS tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis CREMONESI.

Ego PETRUS, S. I., tituli S. Angeli in Foro Piscario Presbyter Cardinalis BOETTO.

Ego EUGENIUS tituli Ss. Viti, Modesti et Crescentiae Presbyter Cardinalis TISSERANT.

Ego HERMENEGILDUS tituli S. Laurentii in Panisperna Presbyter Cardinalis PELLEGRINETTI.

Ego IOSEPH tituli S. Mariae in Via Lata Presbyter Cardinalis PIZZARDO.

Ego CAMILLUS Protodiaconum S. Mariae in Domnica Cardinalis CACCIA DOMINIONI.

Ego NICOLAUS S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis CANALI.

Ego DOMINICUS S. Apollinaris Diaconus Cardinalis JORIO.

Ego VINCENTIUS SS. Cosmae et Damiani Diaconus Cardinalis LA PUMA.

Ego FRIDERICUS S. Mariae in Aquiro Diaconus Cardinalis CATTANI.

Ego MAXIMUS S. Mariae in Porticu Diaconus Cardinalis MASSIMI.

Ego DOMINICUS S. Caesarei in Palatio Diaconus Cardinalis MARIANI.

Ego IOANNES S. Georgii in Velabro Diaconus Card. MERCATI.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

CAROLUS Card. SALOTTI
8. R. C. Praefectus

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*

Can. Alfridus Liberati, *Cane. Apost. Adiutor a studiis.*

EXPEDITA ex ARCE GANDULPHI
die vigesima secunda mensis Octobris, anno decimo septimo
Alfridus Marini, *Plumbaior.*

Dominicus Francini, *Script. Apostolicus.*

Reg. in Cane. Ap., vol. LIX, n. Ifi* - Al. Trussardi, *a tabulario.

II

BEATO IOANNI LEONARDI, CLERICORUM REGULARIUM MATRIS DEI CONGREGATIONIS FUNDATORI, SANCTORUM HONORES DECERNUNTUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sanctorum Mater Ecclesia gaudet nova semper sanctitatis lumina in domo Dei accendere eaque super candelabrum ponere ad exemplar et solacium iustorum, qui, suam cum Christo crucem laeti portantes, impiorum hominum ludibria et aliquando tormenta quoque forti animo

perferunt. Hodie quidem quam maxime necesse est fideles omnes, in primis sacerdotes, apostolico zelo ardescere, ut dominicus grex, tot tantisque insidiosis deceptus erroribus et mundanis adlectus vanitatibus, ad salutaria pascua reducatur.

Divinum hunc ignem in suo corde aluit humilis Dei Servus Ioannes Leonardi Sacerdos, illumque longe lateque in Italia et in hac ipsa Urbe diffudit, sexto decimo saeculo, non uno nomine saeculo nostro, ob innumeros quibus inficiabatur turbulentos errores atque subdolas haereses, simillimo. Nos vero benignissimo Domino Nostro Iesu Christo, cuius vices licet immerito in terris gerimus, ex imo corde grates agimus, quod inter quotidianas sollicitudines doloresque non mediocres ad supremos Caelitum honores Nobis hodie evehere concessit Beatum Ioannem Leonardi, qui, ardentissimo domus Dei zelo accensus, Philippi Nerii, magni Urbis Apostoli, vestigia persequutus, in cleri populique vitam sacrosancti Tridentini Concilii reformatorem spiritum assidue transfundere nisus est et per regularem Clericorum a se familiam institutam in posteritatem adhuc transfundit. Decimi ille, quod est dioecesis Lucensis oppidulum, anno millesimo quingentésimo quadragesimo tertio natus, pueritiam et adulescentiam innocenter transegit, eximiae virtutis coaequalibus praelucens exemplo. Sex et viginti annos natus ad clericalem militiam a Deo vocatus, inter pueros publicas scholas frequentare non erubuit, ut humaniores litteras addisceret; deinde per quatuor annos ad philosophicas ac theologicas disciplinas tam sedulo incubuit, ut dignus visus sit qui ad sacros ordines promoveretur. Sacrum primum autem litavit Lucae anno millesimo quingentésimo septuagesimo tertio, die Epiphaniae Domini dicata.

Sacerdotio auctus, probe noscens in Lucensi quoque civitate, sicuti passim alibi per ea tempora, valde corruptos esse mores et, accedentibus civilibus odiis vulgatisque ab Ochino aliisque haeresiarchis erroribus, una cum morum collapsu fidem etiam et pietatem non parum frigescere, aeternae proximi salutis studiosissimus, gravissima concionatoris et confessarii munera tanto animi ardore obivit, ac tam uberi animarum fructu, ut eum cum maximis saeculi illius apostolis comparari fas sit. Permagni autem habebat teneros puerorum animos, antequam vitia inolescerent, christianis praeceptis imbuere; vagos idcirco horum greges undique in ecclesiam accitos, sacrae doctrinae rudimenta docere coepit; iuvenes quin etiam delectos operi admovit, et ita Societatem a Doctrina Christiana primum Lucae instituit. Anno autem millesimo quingentésimo septuagesimo quarto novae Clericorum familiae fundamenta iecit, eamque a Sanctissima Dei Matre, quam tenerrimo prosequebatur amore.

nuncupavit. Illa porro auctoris sui menti votisque respondens, uberrimos brevi tempore fructus edidit; per ipsius igitur apostolicos labores in Lucensi urbe refloruisse visa est primaeva christianorum disciplina. Sed vaferrimus humani generis nostis, tot sibi extorqueri praedas acerbe ferens, contra enascentem et in dies succrescentem societatem eiusque potissimum conditorem turbulentissimam excitavit tempestatem tum ex nonnullorum Lucae procer um parte, qui nihil non sunt moliti ut illam saevissimis insectationibus radicitus subverterent, tum ex aliquot ipsorum sodalium parte, qui, gravibus excitatis dissensionibus, filios a parente divellere conati sunt. Septies Ioanni intentatae necis periculum imminuit, neque illi defuit calumniarum amaritudo, quibus eius adversam ecclesiasticos praepositos circumvenire ipsique Summo Pontifici eum in suspicionem adducere ausi sint.

Ioannes vero, Dei tantum fretus auxilio, et Iubenti animo ferens quidlibet acerbitatis pro Christi nomine pati, in tanta calamitate perferenda miram per plurimos annos exhibuit firmitatem et patientiam, ac tandem caritate maxime et lenitate infensissimos sui sodalicii osores non solum domuit, sed sibi plures amicos quoque reddidit. Interea, sedato turbine, a fel. rec. Gregorio Tertiodecimo, Praedecessore Nostro, benignissime Romae exceptus, suae Congregationis confirmationem impetravit, eiusque constitutiones Clemens Octavus, et ipse Antecessor Noster, Apostolicis Litteris *Ex quo*, tertiadecima die mensis Octobris, anno millesimo quingentésimo nonagésimo quinto datis, adprobavit et ordinem insignibus cumulatum beneficiis sub peculiari S. Sedis protectione perpetuo esse permansurum decrevit.

Romae degens Ioannes arctam cum Sancto Philippo Nerio necessitudinem contraxit illumque suae conscientiae moderatorem voluit; eius ope anno millesimo quingentésimo undenonagesimo suum cum aliquot iuvenibus sociis apud se studiorum causa advocatis in venerabili domo, S. Hieronymi a Caritate vulgo nuncupata, domicilium fixit, multos et graves pro Dei gloria et animarum salute labores suscipere non recusa vit et S. Philippi, qui eum adhuc viventem sanctum appellare non dubitavit, se inter Romanos socium dedit apostolatus.

Interea tum Sancta Sedes tum plures Sacrorum Antistites, cognita ipsius in arduis susceptis negotiis alacritate, illisque tractandis conficiendisque dexteritate, ad graves relevandas componendasque quaestiones eum adhibuerunt : ita Summi Pontificis auctoritate fultus, difficillimam inter Nolanum Episcopum et Procerem Neapolitanum rem composuit, Congregationem Montis Virginis aliasque religiosas familias reformandas suscepit, nec ullis curis neque molestiis periculisque deter-

ritus est, quin commisso sibi muneri magna cum omnium utilitate et assensu satisfaceret.

Suum autem suique instituti inter rudes et agrestes potissimum homines apostolatum, quem hucusque impenso gessit studio, ad plurimas in dissitis regionibus gentes adhuc Evangelii lumine carentes secum animo cogitabat extendere, sed divinae acquievit voluntati, quam a S. Philippo Nerio intellexit, se nempe suumque ordinem ad Italiae praecipue populos evangelizandos et in fide roborandos vocari. Attamen aliquam infidelibus opem afferre voluit, quod quidem maxime in Servi Dei laudem vertere videtur. Initis itaque cum ei. m. Ioanne Baptista Vives Praesule, catholicae rei et ipso studiosissimo, consiliis, presbyterorum collegium Romae instituit, quibus id unum esset propositum delectos iuvenes, ex universi catholici orbis nationibus advocatos, sacris disciplinis instituere et erudire, inter infideles deinde suae nationis populos mittendos ad catholicum nomen prolatandum. Quae quidem prima fuit origo Collegii Urbani *de Propaganda Fide* quod a Romanis Pontificibus Antecessoribus Nostris et a Nobis ipsis impensa curisque innumeri'amplificatum, ad nobilissimum ac saluberrimum suum finem consequendum quam maxime inservit.

Tot inter tantasque sacri ministerii curas, et operae, quibus explendis Dei Famulus ullam fere sibi quietis partem neque diurnae neque nocturnae permittebat, plures de re dogmatica, exegetica, morali conscripsit libros, quorum aliquot tantummodo, sed cuilibet hominum conditioni et statui accommodatissimi et animarum saluti perutiles, in vulgus editi sunt.

Laborum tandem magis quam annorum pondere fractus, virtutum omnium copia et sanctitatis fama conspicuus, atque non paucis quoque miraculis clarus, Romae, in domo Sanctae Mariae in Portici, nuper viae ampliandae causa diruta, in quam suae Congregationis paucos ante annos sedem transtulit, in ciñere et cilicio, placidissime in Domino obdormivit, nona die Octobris mensis, anno a Christo nato millesimo sexcentésimo nono.

Emortuum corpus, in ecclesia illa expositum, ibique, post sollemnia parentalia magna cum populi romani frequentia celebrata, tumulatum fuit, indeque anno millesimo sexcentésimo sexagesimo secundo in novam ecclesiam S. Mariae in Porticu, vulgo in *Campitela,* translatum est ibique conditum.

De Servi Dei sanctitatis fama, quam ille adhuc vivens iure meritoque sibi conciliaverat, post beatissimum eius exitum, accedentibus praesertim haud paucis prodigiosis morborum sanationibus, Servi Dei no-

mine invocato, a Deo uti ferebatur impetratis, ita increbuit, ut de Caelitum honoribus eidem tribuendis cogitatum sit. Iudicialibus igitur requisitis actis rite praemissis, apud Sacram Rituum Congregationem de Famuli Dei beatificatione et canonizatione causa agitari coepta est et anno millesimo septingentésimo quinquagesimo sexto, die septima et vicesima Decembris mensis, fel. rec. Benedictus Quartusdecimus de venerabilis Ioannis Leonardi virtutibus in gradu heroico exercitis constare decrevit.

Bina deinde, post tamen longum temporis spatium, perstricte discussa sunt miracula, tertio vero *ob praecipuas ac extraordinarias circumstantias in hanc Causam concurrentes* a s. m. Leone Pp. Duodecimo rite dispensato, quae, venerabilis Servi Dei ope implorata, a Deo patrata dicebantur; quorum alterum, de subita nempe perfectaque sanatione *Mariae Angelae Aloisi a diuturno desperatoque aneurysmate in praecordiis,* Decreto anno millesimo octingentesimo trigesimo secundo a s. m. Gregorio Sextodecimo die decima sexta Decembris edito, adprobatum est; alterum vero, de instantánea perfectaque sanatione *Francisci Mariae Febei a gangraena spontanea livescentibus notata stigmatïbus,* quod Decreto anno millesimo octingentesimo sexagesimo primo, die quinta Februarii s. m. Pius Papa Nonus verum prodigium edixit. Paullo vero post, die nempe nona Iulii eodem anno, praemisso, uti de more, Decreto, quod *de tuto* dicitur, per Apostolicas Litteras Venerabilem Dei Famulum Ioannem Leonardi Beatum declaravit; et Beatificationis sollemnia insequentis mensis Novembris die decima in Patriarchali Basilica Vaticana maximo cum apparatu et populi frequentia celebrata sunt.

Exinde fidelium erga novensilem Beatum pietas ac devotio magis in dies augebatur, atque Romae praesertim ad eius sepulcrum vehementiores porrigebantur preces ac debitae pro beneficiis acceptis grates persolvebantur. Quibus cum quaedam perinsignes eius intercessione accessissent sanationes, quae certos miraculi characteres habere viderentur, iustas Nobis et Sedi Apostolicae petitiones obtulerunt non solum Congregationis Clericorum Regularium a Matre Dei moderatores et sodales, sed plures quoque Sacrorum Antistites, in primis venerabilis Frater Noster Franciscus S. R. E. Cardinalis Marchetti Selvaggiani, Noster Urbis Vicarius, et venerabilis Frater Antonius Torrini, Archiepiscopus Lucanus, ut Beati illius Causa apud Sacram Rituum Congregationem i-esu meretur.

Quibus precibus Nos Iubenti animo annuentes, die tertia Februarii

mensis anno millesimo nongentesimo trigesimo quarto reassumptionis causae Commissionem manu Nostra signavimus.

Instructi sunt itaque super assertis novis miraculis Processus Apostolici, duo que prodigia Sanctae Sedis iudicio ad Canonizationem assequendam sunt proposita.

Mira sanatio priori loco discussa sacerdotem Ianuarium Nappi, S. Tryphonis in oppido *Marzano* dioecesis Nolanae Parochum, respicit. Is pluribus ab annis varicoso ulcere in sinistro crure molestissime vexabatur, quod, etsi plures consulti medici et varia adhibita sunt medicamenia, insanabile evasit. Verum quodam vespere Septembris mensis anno millesimo nongentesimo trigesimo primo sacerdos ille, animo demissus, doloris pertaesus et quietem ad quam cogebatur fastidieus, Beati Ioannis ope ferventissime invocata et ad infirmum arctum eius imagine apposita, ulcus, ad cicatricem noctu perductum, sequenti mane perfecte sanatum invenit, numquam exinde renovatum.

Altera sanatio in puero Vic torio, Aloisii Lamberti filio, Neapoli, anno millesimo nongentesimo vigesimo sexto evenit. Puer iste, nondum trimulus, die ultima Ianuarii mensis hoc anno, gravissima ostéomyélite phlegmonosa séptica correptus est. Cum nihil profuisset chirurgica sectio morbusque in peius rueret, parentes et consanguinei, *qui* ab ipso morbi initio Beati Ioannis Leonardi patrocinium invocaverant, supplices geminabant preces; neque incassum felicique sane exitu. Dum enim nona die Februarii medici, qui in consilium convenerant, nullam superesse sanationis spem edixerunt, puerulusque fere in eo erat ut animam exhalaret, postridie mane ab ipsis medicis sanatus inventus est, qui una cum tribus aliis peritis ex officio advocatis miraculum conclamarunt.

De utraque hac mira sanatione ter, uti de iure, disceptatum est; ac demum a Nobis Decreto vicesima die mensis Februarii decurrentis anni edictum est : *Constare de duobus miraculis, a Deo per Beati Ioannis Leonardi intercessionem patratis, nempe de instantánea per f ectaque sanatione tum Sacerdotis Ianuarii Nappi ab ulcere varicoso cruris sinistri, cum pueri Victorii Lamberti ab ostéomyélite phlegmonosa séptica femoris sinistri.*

Deinceps, generali coetu coram Nobis die subsequentis mensis Martii octava convocato, Causae Ponente seu Relatore dilecto Filio Nostro S. R. E. Cardinale Raphaele Carolo Rossi, dubium propositum est discutiendum : An, stante approbatione duorum miraculorum, post indultam Beato Ioanni Leonardi ab Apostolica Sede venerationem, *tuto* procedi possit ad sollemnem ipsius Canonizationem. Unanimi vero tum

Patrum Cardinalium tum Praelatorum et Consultorum suffragio excepto, Nos, maius a Deo lumen impetraturi, sententiam Nostram ad proximam tertiadecimam diem, Dominicam secundam Quadragesimae edere distulimus. Qua die, ad Nos accitis dilectis Filiis Nostris Cardinalibus Camillo Laurenti, S. Rituum Congregationis Praefecto ac Raphaele Carolo Rossi, Causae Ponente, atque dilectis Filiis Alfonso Carinci, eiusdem Congregationis a Secretis, et Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, divino sacrificio sancte litato, solemniter ediximus : *Tuto procedi posse ad B. Ioannis Leonardi Canonizationem.*

Quibus omnibus rite peractis, ut in re tanti momenti totus servaretur ordo ab Antecessoribus Nostris sapientissime constitutus, primum quidem venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales in Consistorium secretum, die septima decima Martii huius anni, apud Nos convocavimus; in quo dilectus Filius Noster Camillus Cardinalis Laurenti sermonem habuit de vita, martyrio et de miraculis B. Andreae Bobola, Martyris, Sacerdotis professi Societatis Iesu, nec non de vita et miraculis B. Ioannis Leonardi, Confessoris Sacerdotis, Fundatoris Congregationis Clericorum Regularium a Matre Dei et B. Salvatoris ab Horta, Confessoris, Laici professi Ordinis Fratrum Minorum; ac recensuit acta, quae in Causis eorumdem Beatorum Beatificationis et Canonizationis Sacrorum Rituum Congregatio, praevio accurato examine, admittenda ac probanda duxit. Qua relatione expleta, Nos Patrum Cardinalium singillatim suffragia exquisivimus; singulique iidem Cardinales suam Nobis aperuerunt sententiam.

Consistorio secreto absoluto, rite celebratum est consistorium publicum, in quo pro eorumdem Beatorum Canonizatione solemnis peroratio per dilectos filios Consistorialis Aulae Advocatos habita est; quam quidem perorationem pro B. Ioannis Leonardi Canonizatione illustris advocatus Augustus Milani diserte peregit.

Nos autem, quod expost illatum est grato animo complectentes, nihil antiquius fassi sumus habere *quam ut evangelicae virtutis héroes ita in sua luce ponantur, ut quotquot sunt militantis Ecclesiae filii, eorum intuentes sanctitudinis fulgorem, in trepidis afflictisque huius vitae solacium, in arduo christianae perfectionis certamine invitamentum, in omne genus necessitatibus auxilium habeant: ac praeterea ex horum caelitum egregie sanctissimeque gestis, omnium admirationi imitationique propositis, hoc vel luculentius enitere* diximus, *quod in praesenti rerum gravitate spem Nostram, Dei innixam pollicitationes, acuit ac roborat;* illos idcirco praeclaros Caelites exoptare sanctitatis decorare

infula; sed tamen nihil velle ex iis desiderari rebus rationibusque, quibus Apostolica Sedes, ex peculiari more institutoque suo. graves huiusmodi causas expedire solet; quapropter non ante inviolabile auctoritatis Nostrae oraculum la.turos, quam in consistorio semipublico, quod vocant. ;S. R. E. Cardinalium, itemque omnium quotquot in Urbe adfuturi sint Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi et Abbates *nullius,* sententiam >exquisierimus.

Interea singulis eorum reddendos iussimus legitimos commentarios, in quibus Beatorum illorum Andreae Bobola, Ioannis Leonardi et Salvatoris ab Horta vitae curriculum, egregie gesta ac patrata a Deo eorum deprecatione miracula, breviter descripta essent, et acta omnia in eorumdem Beatorum canonizationis causis notata.

Omnes igitur Patres Cardinales et Antistites illos, ad Nos die trigesima prima proxime elapsi mensis Martii in Consistorio semipublico convocatos, allocuti sumus et singulorum sententiam exquisivimus, quid de supremis sanctitatis honoribus Beatis illis decernendis sentirent. Quum vero, exceptis adstantium suffragiis, omnes cum Nostra convenire sententia grato animo novissemus, proxima die sollemni Paschatis, decima septima nempe mensis Aprilis, in Petriana Basilica triplicem una simul canonizationem peragere decrevimus. Interea vero Deum Nobiscum rogare omnes adhortati sumus, ut id laboranti Ecclesiae, iis potissimum populis novo hoc afficiendis decore faustum, felix fortuna.- . tunique sit.

De quibus omnibus ut publicum confluerent instrumentum, dilectis filiis adstantibus Protonotariis Apostolicis mandavimus.

Cum autem auspicatissima a Nobis praestituta dies trinae huic Canonizationi celebrandae advenerit, universi tum saecularis cum regularis cleri ordines, Romanae Curiae Praesules et Officiales necnon venerabiles Fratres Abbates et Episcopi, Archiepiscopi et Patriarchae, atque Purpurati Patres Cardinales S. R. E. in Vaticanam Basilicam, innumeris lychnis resplendentem ac splendido ornatam apparatu, maximaque christifidelium stipatam frequentia, quos inter plurimi ex Hispania ac Polonia ac plura Puellarum Actionis. Catholicae millia, solemni pompa una Nobiscum ingressi sunt; Nos autem ad Cathedram Nostram perreximus ibique sedimus.

Porro dilectus Filius Noster Camillus Cardinalis Laurenti, Sacrae Congregationi Rituum Praefectus, trinae huic Canonizationi praepositus, per dilectum filium Augustum Milani, Consistorialis Aulae Advocatum, *instanter* prius, *instantius* dein et *instantissime* a Nobis expostu-

lavit, ut Beati Oaelites Andreas Bobola, Ioannes Leonardi et Salvator ab Horta in Sanctorum album per certum oraculum Nostrum describerentur. Nos vero, cum tanti ponderis causa ageretur, ad hoc pervenire noluimus, nisi prius supplices ab omnibus Deo preces admoveantur, patrocinio interposito Deiparae Virginis totiusque Curiae caelestis, ut a Paraclito Spiritu Sancto supernae lucis copia Nostrae menti affulgeret. Quod quidem ab adstantibus omnibus ferventissime actum est.

Tum, omnibus quidem stantibus, Nos vero in Cathedra sedentes, de plenitudine Apostolicae potestatis, sollemniter sic pronunciavimus : *Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exarationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe existentium consilio; Beatos Andream Bobola Märtyrern,, Ioannem Leonardi et Salvatorem ab Horta, Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes ab Ecclesia Universali illorum memoriam quolibet unno die eorum natali, nempe Andreae Bobola die decima sexta Maii, inter Sanctos Martyres, J-oannis Leonardi die nona Octobris, et Salvatoris ah Horta die decima octava Martii, inter Sanctos Confessores non Pontifices pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.*

Qua canonizationis formula a Nobis edita, precibus annuentes venerabilis, quem supra memoravimus, Camilli Cardinalis Laurenti Procuratoris per Augustum Milani Advocatum Nobis porrectis, Decretales hasce Litteras confici expedirique iussimus et de hac ipsa trina canonizatione publicum instrumentum Protonotariis Apostolicis exarandum mandavimus. Gratias deinde omnipotenti Deo ob tantum beneficium devote peragentes; hymnum *Te Deum,* quem Nos praecinnimus, omnes gaudio exsilientes decanta ver un t. Primum deinde novensilium Sanctorum patrocinio invocato, Nos homilia populum allocuti sumus, in qua ***M*** *Haec est dies,* inquimus, *quam fecit Dominus : exultemus et laetem ar in ea. Hodie Christus Dominus, devicta morte, aeternitatis nobis aditum reseravit; hodie militans Ecclesia triumphantis Ecclesiae gaudia effnsiore laetitia participat, quod tres e suis civibus, divini Redemptoris vestigia secuti, sanctitudinis sempiternaeque beatitatis compotes inerranti iudicio consecrantur ».*

Breve deinde de singulis Sanctis illis praeconium teximus, eorum

virtutum laudes recolentes, ut ad ipsorum egregie gesta pro viribus imitanda incendamur; ac tandem verba quae sequuntur in fine adiecimus, quaeque in Nostris hisce Litteris iterare collubet Nobis : *«Tribus in his eaeKtibus peculiaris videtur Nobis Providentissimus Detis benevolentiae dedisse pignus; quandoquidem iidem — populis in praesens tanto rerum discrimine perturbatis — novam Ecclesiae portendunt meliorum temporum spem. Quorum caelitum alterum, Poloniae decus, christiani Orientis et Occidentis unitatem suis precibus imploraturum confidimus, in cuius finibus ipse martyrii palmam promeruit; alterum catholicae Hispaniae — pace tandem concordiaque redintegrata — vigentiora christianae vitae opera conciliaturum,; alterum denique sacris Missionalium expedi-Honibus uberiora usque incrementa deprecaturum, quas ipsemet indefaticabili studio suasit atque provexit. — Benignissime iidem patriam quisque suam respiciant; suaque tutela efficiant ut — errorum colluvione prohibita, quae ima Civitatis fundamenta subruens atque corrumpens, populos in barbariam veterem detrudere conatur — nostra quoque aetate •eaedem- Nationes validissima exstent catholicae religionis civilisque cultus propugnatila. Itemque Ecclesiam universam benevolenti vultu respiciant, atque una simul comprecando a Deo impetrent, ut eius ductu e praesentibus tempestatibus victrix emergens, novos agat triumphus, •omnesque gentes ad unum Iesu Christi ovile feliciter reducat. Amen ».*

Qua homilia a Nobis habita apostolicam benedictionem et plenariam admissorum indulgentiam adstantibus peramanter impertivimus atque post pontificale Sacrum, quod Venerabilis Frater Noster Ianuarius S. R. E. Cardinalis Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Ostiensis et Albanensis, Sacrique Collegii Decanus, rite persolvit, e superiori podio S. Petri, plateam prospiciente, sollemnem immenso adstanti populo, nec noiì *Urbi* et *Orbi*, benedictionem ac plenariam indulgentiam iterum impertivimus.

Praeclara itaque novensilis Sancti Ioannis Leonardi Apostolicis his Decretalibus litteris consecrata memoria, omnibus quae inspicienda erant bene perpensis, certa scientia, omnia et singula quae supra memoravimus de apostolicae potestatis plenitudine iterum confirmamus, roboramus, statuimus, decernimus universaeque Ecclesiae Catholicae denundamus. Mandamus insuper ut earumdem Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii Apostolici subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus habeatur fides, quae hisce praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero Decretales has Litteras Nostras definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, statuti et volun-

tatis Nostrae infringere vel eis ausu temerario, quod Deus avertat, contraire aut attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo octavo, die decima septima mensis Aprilis, Dominica Resurrectionis D. N. I. C, Pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



Ego IANUARIUS Episcopus Ostiensis et Albanensis Cardinalis GRANITO PIGNATELLT DI BELMONTE, Decanus Sacri Collegii.

Ego DONATUS Episcopus Sabinensis et Mandelensis Card. SBARRETTI.

£g Ego Fr. THOMAS PIUS Ord. Praed. Episcopus Portuensis et S. Rufinae Cardinalis BOGGIANI, Cancellarius S. R. E.

£8 Ego HENRICUS Episcopus Veliternus Cardinalis GASPARRI.

£g Ego FRANCISCUS Episcopus Tusculanus Cardinalis MARCHETTI SELVAGGIANI.

£g Ego ANGELUS MARIA Episcopus Praenestinus Cardinalis DOLCI.

Ego ALEXANDER tituli S. Mariae in Cosmedin Presbyter Cardinalis VERDE.

Ego LAURENTIUS tituli S. Pancratii Presbyter Cardinalis LAURI, Paenitentiarius Maior.

Ego EUGENIUS tituli SS. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinalis PACELLI.

Ego Fr. RAPHAËL CAROLUS tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis ROSSI.

Ego PETRUS tituli S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis FUMASONI BIONDI.

Ego FRIDERICUS tituli S. Mariae de Victoria Presbyter Cardinalis TEDESCHINI, Datarius¿

Ego CAROLUS tituli S. Bartholomaei ad Insulam Presbyter Cardinalis SALOTTI.

Ego HENRICUS tituli S. Mariae Novae Presbyter Cardinalis SIBILLA.

Ego FRANCISCUS tituli S. Caeciliae Presbyter Cardinalis MARMAGGI.

Ego ALOISIUS tituli S. Pudentianae Presbyter Cardinalis MAGLIONE.

Ego CAROLUS tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Card. CREMONESI.

Ego PETRUS, S. I., tituli S. Angeli in Foro Piscario Presbyter Cardinalis BOETTO.

Ego EUGENIUS tituli Ss. Viti, Modesti et Crescentiae Presbyter Cardinalis TISSERANT.

Ego HERMENEGILDUS tituli S. Laurentii in Panisperna Presbyter Cardinalis PELLEGRINETTI.

Ego IOSEPH tituli S. Mariae in Via Lata Presbyter Card. PIZZARDO.

Ego CAMILLUS Protodiaconus S. Mariae in Domnica Cardinalis CACCIA DOMINIONI.

Ego NICOLAUS S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis CANALI.

Ego DOMINICUS S. Apollinaris Diaconus Cardinalis JORIO.

Ego VINCENTIUS SS. Cosmae et Damiani Diaconus Cardinalis LA PUMA.

Ego FRIDERICUS S. Mariae in A quiro Diaconus Cardinalis CATTANI.

Ego MAXIMUS S. Mariae in Porticu Diaconus Cardinalis MASSIMI.

Ego DOMINICUS S. Caesarei in Palatio Diaconus Cardinalis MARIANI.

Ego IOANNES S. Georgii in Velabro Diaconus Card. MERCATI.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

I. Card. GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE
SS. RR. C. senior

Alfonsus Carinci, ***Protonotarius Apostolicus.***
Alfridus Vitali, ***Protonotarius Apostolicus.***

Can. Alfridus Liberati, ***Cane. Apost. Adiutor a studiis.***

EXPEDITA ex ARCE GANDULPHI

die nona mensis Septembris, anno decimo septimo

Alfridus Marini, ***Plumoator.***

Angelus Pericoli, ***Script. Apostolicus.***

Reg. in Cane. Ap., vol. LIX, n. 45. **- Al. Trussardi,** ***a tabulario.***

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die ï/f Novembris 1938. — Archiepiscopali Ecclesiae Camerinensi R. D. Humbertum Malchiodi, Vicarium Generalem dioecesis Placentinae.

— Cathedrali Ecclesiae Senogalliensi R. D. Humbertum Ravetta, Rectorem Seminarii Patriarchalis Venetiarum.

die 21 Novembris. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Cianensi, Revmum D. Guilelmum Godfrey, Antistitem Urbanum et Rectorem Ven. Collegii Anglici in Urbe, deputatum Delegatum Apostolicum in Britannia.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 8 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Hermopolitanae Coptorum R. D. Georgium Baraka, Vicarium Generalem eiusdem dioecesis.

die 29 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Ingelináe Exc. P. D. Severios (Iosephum) Valakuzhyil, deputatum Administratorem Apostolicum dioeceseos Tiruvallensis.

die 6 Septembris. — Archiepiscopali Ecclesiae Sehnaensi Chaldaeorum R. P. Abraham Elias, hactenus Administratorem Apostolicum eiusdem archidioecesis.

die 15 Octobris. — Archiepiscopali Ecclesiae Hemesensi Melchitarum R. P. Athanasium Toutoundgi, Superiorem Generalem Ordinis Melchitarum Aleppinorum.

— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Sergiopolitanae Exc. P. D. Basilium Khoury, hactenus Archiepiscopum Hemesensem Melchitarum.

die 17 Octobris. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Misthiensi Exc. P. D. Georgium de Jonghe D'Ardoye, hactenus Episcopum tit. Amathusium in Oy pro.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

VICEK

CANONIZATIONIS B. ANTONII MARIAE CLARET, CONFESSORIS PONTIFICIS, CONGREGATIONIS MISSIONARIORUM FILIORUM IMMACULATI CORDIS B. MARIAE **V. FUN**DATORIS.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio reassumptionis Causae Canonizationis B. Antonii M. Claret Conf. Pont. in casu et ad effectum de quo agitur.

Humillimum Famulum suum B. Antonium Mariam Claret, Archiepiscopum Traianopolitan. iam S. Iacobi de Cuba, Congregationum Filiorum Immaculati Cordis B. M. V. et Sororum Docentium ab Immaculata conditorem, sapientissimus ac misericors Deus magis magisque exaltare velle videtur. Enimvero dum in Hispania nefarii homines ipsius humani generis hostes, *astiterunt... et convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum eius* (Ps., 2), plusquam biscenti ex Beati religiosa familia sodales sanguinem potius fundere quam ab Ecclesia deficere, uti fertur, maluerunt. Qui magnificus filiorum triumphus in gloriam redundat Patris. Quin immo nonnulla signa, ipso Beato interveniente, post beatificationis sollemnia quae in Vaticana Basilica die 25 Februarii a. 1934 celebrata sunt, a Deo patrata feruntur, quae ad eiusdem Canonizationem viam sternere videntur.

Quapropter R. P. Ioannes Postius, Congregationis Filiorum Immaculati Cordis B. M. V. Procurator et Postulator generalis, apud sacram hanc Rituum Congregationem, ut Canonizationis Causa resumeretur,

institit. In Ordinariis ideo Oomitiis die 5 mensis huius ad Vaticanas aedes habitis Emus ac Rmus D. Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit disceptandum : ***An signanda sit Commissio Reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.*** Et Emi ac Rmi PP. Cardinales, attenta Emi Ponentis relatione, perpensis quoque Postulatoriis litteris Beatissimo Patri oblatis, audito R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, responderunt : ***Affirmative,*** seu ***Signandam esse Commissionem Reassumptionis Causae, si Sanctissimo placuerit.***

Facta de his Ssmo D. N. Pio Papae XI, subsignata die per subscriptum Cardinalem relatione, Sanctitas Sua, Rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Reassumptionis Causae Canonizationis eiusdem B'. Antonii M. Claret.

Datum Romae, die 6 Iulii a. D. 1938.

C. Card. LAURENTI, ***Praefectus.***

L. © S.

A. Carinci, ***Secretarius.***

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

ROMANA

NULLITATIS MATRIMONII (DIANA-ORLANDO)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dñi Antonii Diana, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 11 Ianuarii 1939, hora 11 ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

An constet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Antonii Diana, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

Henricus Quattrocolo, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 12 Novembris 1938.

I. Pendola, *Notarms.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Antoine Diana, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître par propre personne, ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, 94) le 11 Janvier 1939, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit M. Antoine Diana, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 15 novembre 1938, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti ***preparatoria,*** nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinalk i Revmi Prelati Officiali ed i Consultori teologi hanno discusso su due miracoli che si asseriscono operati ad intercessione della Beata Gemma Galgani e che vengono proposti per la sua canonizzazione.

Martedì, 22 novembre 1938, nel Palazzo Apostolico Vaticano, all'augusta presenza del Santo Padre, si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti ***generale,*** nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno dato il loro voto su due miracoli, che si asseriscono operati ad intercessione della Ven. Serva di Dio Emilia di Vialar, fondatrice della Congregazione delle Suore di San Giuseppe dell'Apparizione.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

17 ottobre 1938. S. E. Revma Monsig. Giorgio de Jonghe D'Ardoye, Arcivescovo tit. di Mistia, ***Delegato Apostolico nell'Iraq.***

20 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Boetto, ***Protettore delle Suore di S. Giuseppe di Cuneo.***

25 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, ***Protettore delle Figlie di Nostra Signora al Monte Calvario*** (Roma).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Carlo Salotti, ***Protettore dell'Istituto delle Suore di S. Anna della Provvidenza, di Torino.***

31 » » S. E. Revma Monsig. Federico Lunardi, Arcivescovo tit. di Side, ***Nunzio Apostolico nell'Honduras.***

8 novembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Federico Tedeschini, ***Protettore delle Suore Pie Operaie dell'Immacolata Concezione, di Ascoli Piceno.***

8 novembre 1938. L'Emo e Revmo Signor Cardinale yincenzo La Puma, *Protettore dell'Istituto delle Suore Maestrediß. Dorotea, Figlie dei Sacri Cuori, di Vicenza.*

9 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore delle Suore Serve dei Poveri del « Boccone del Povero ».*

10 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Pacelli, *Protettore dell'Istituto delle Suore dell'Assunzione.*

21 » » S. E. Revma Monsig. Guglielmo Godfrey, Arcivescovo eletto tit. di Ciò, *Delegato Apostolico di Cran Bretagna.*

Assistenti al Soglio Pontificio:

22 agosto 1938. S. E. Revma Monsig. Audomaro Piante, Vescovo tit. di Dobero, Ausiliare di Québec.

6 settembre » S. E. Revma Monsig. Michele Giuseppe O'Brien, Arcivescovo di Kingston.

22 ottobre » S. E. Revma Monsig. Edoardo Mulhern, Vescovo di Dromore.

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

29 dicembre 1936. Monsig. Luigi Dolci, della diocesi di Bagnoregio.
24 » 1937. Monsig. Andrea Skrabik, della diocesi di Mtra.
25 marzo 1938. Monsig. Stefano Pavunié, dell'archidiocesi di Zagabria.
14 giugno Monsig. Ignazio Nadrah, della diocesi di Lubiana.
» Monsig. Francesco Usenicnik, della medesima diocesi.
» Monsig. Alessio Useniénik, della medesima diocesi.
luglio Monsig. Romano Sitko, della diocesi di Tarnovia.
» Monsig. Romano Mazur, della medesima diocesi.
15 agosto Monsig. Enrico Hyvernat, dell'archidiocesi di Baltimora.
17 » Monsig. Giuseppe Lubelski, della diocesi di Tarnovia.
18 » Monsig. Arturo Robert, dell'archidiocesi di Québec.
20 agosto Monsig. Edgario Larochelle, della medesima archidiocesi.
14 settembre Monsig. Enrico Rizzi, della diocesi di Lodi.
7 ottobre Monsig. Leandro Fornari, della diocesi di Parma.

Prelati Domestici di Sua Santità:

17 marzo 1937. Monsig. Bronislao Piasecki, della diocesi di Kielce.
11 dicembre » Monsig. Antonio Bastos, della diocesi di Brno.
24 gennaio 1938. Monsig. Tommaso Hudec, dell'archidiocesi di Olomouc.
5 febbraio » Monsig. Giovanni Brabec, della diocesi di Hradec Kralové.
» » » Monsig. Luigi Dudek, della medesima diocesi.
2 aprile » Monsig. Giovanni Postényi, della diocesi di Mtra.
13 giugno » Monsig. Guglielmo Pietro Breen, della diocesi di Pembroke.

13 giugno 1938. Monsig. Antimo Renaud, della medesima diocesi.
» » Monsig. Isaia Alessio French, della medesima diocesi.
14 » Monsig. Giuseppe Voie, della diocesi di Lubiana.
30 » Monsig. Giovanni Molnár, dell'Amministrazione Apostolica di Debrecen.
26 luglio Monsig. Stanislao Pardo, della diocesi di Lomza.
29 » Monsig. Giuseppe Némethy, dell'Amministrazione Apostolica di Debrecen.
» » Monsig. Giovanni Mester, della diocesi di Osanád.
18 agosto Monsig. Pietro Giovanni Broekx, della diocesi di Liegi.
26 » Monsig. Alessandro Vachon, dell'archidiocesi di Québec.
31 » Monsig. Remigio Negroni, della diocesi di Bergamo.
» » Monsig. Rocco Migliardi (Roma).
» » Monsig. Tommaso Travers, della diocesi di Fort Wayne.
» » Monsig. Dionigi L. Manahan, della medesima diocesi.
14 settembre Monsig. Francesco Codazzi, della diocesi di Lodi.
» » Monsig. Riccardo Micheli, della medesima diocesi.
» » Monsig. Pietro Panzetti, della medesima diocesi.
19 » Monsig. Tommaso Pothacamury, dell'archidiocesi di Madras.
28 » Monsig. Francesco Hyland, dell'archidiocesi di Filadelfia.
3 ottobre Monsig. Francesco Erman, della diocesi di Metz.
10 » Monsig. Alfredo Santarelli, della diocesi di Larinó.
» » Monsig. Leone Flipo, della diocesi di Lilla.
» » Monsig. Fiorenzo Dewailly, della medesima diocesi.
» » Monsig. Carlo Delannoy, della medesima diocesi.
13 » Monsig. Salvatore Pandolfi, della diocesi di Castellammare di Stabia.
18 » Monsig. Francesco Gemelli, dell'archidiocesi di Milano.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda con Placca dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

10 ottobre 1938. Al sig. Antonio Jürgens Hz (Olanda).

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

22 luglio 1937. Al sig. ing. Oscar Cermák, dell'archidiocesi di Praga.
30 aprile 1938. Al sig. Giorgio Denaint (Francia).
13 giugno Al sig. Ambrogio O'Brien, della diocesi di Pembroke.
7 luglio Al sig. aw. Benedetto Ferretti (Roma).
26 » Al sig. cav. dott. rag. Clemente Morando, dell'archidiocesi di Torino.
28 settembre » Al sig. Armando Manuel de Ocampo, della diocesi di Versailles.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

26 luglio 1938. Al sig. dott. rag. Attilio Germano, dell'archidiocesi di Bari.
16 agosto » Al sig. Andrea Debray, dell'archidiocesi di Parigi.
» » » Al sig. Andrea Colin, della medesima archidiocesi.

La Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

10 maggio 1938. Al sig. comm. Carlo Pölking, della diocesi di Alba Reale.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

23 settembre 1937. Al sig. Francesco Zelburg, della diocesi di Secovia.
7 maggio 1938. Al sig. dott. Nicola Triggiani, dell'archidiocesi di Bari.
» » » Al sig. Giuseppe Lonigro, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. dott. Giovanni Boecassini, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. dott. Pasquale Barracano, della medesima archidiocesi.
7 luglio » Al sig. dott. Angelo Biagioni, della medesima archidiocesi.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

28 febbraio 1938. Al sig. dott. Giovanni Kas&ovic, dell'Amministrazione Apostolica di Tirnavia.
7 maggio » Al sig. Francesco Mazzarelli, dell'archidiocesi di Bari.
26 luglio » Al sig. prof. Onofrio Bisceglia, della medesima archidiocesi.
18 agosto » Al sig. Giulio Cote, dell'archidiocesi di Québec.
» » » Al sig. Ludgero Faguy, della medesima archidiocesi.
8 ottobre » Al sig. Giuseppe Marini, dell'archidiocesi di Cagliari.

An., et yol. XXX 23 Decembris 1938 (Ser. II, y. V) - Num. 14

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

LITTERAE DECRETALES

BEATUS SALVATOR AB HORTA, LAICUS PROFESSUS ORDINIS FRATRUM MINORUM, AD CAELITUM SANCTORUM HONOREM EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Immania inter bella et graves sollicitudines et angores verasque quoque apostasiae, quibus calamitosissimis hisce temporibus plures cruciantur nationes, quae quidem evangelicam antea sectantes veritatem prospero felicique fruebantur statu. Nos Illum asserere et commonstrare non desistimus, cuius nomen est super omne nomen, Salvatorem mundi dicimus, Christum Iesum, qui solus a cunctis malis omnes salvare potest populos et nationes. Ad omnium insuper hominum bonae voluntatis solacium et exemplum viros quoque illos vel mulieres plane ostendimus, qui, etsi humanis dum viverent sicuti ceteri miseriis obnoxii, Divini Magistri tamen vestigia forti et invicto animo persecuti sunt. Hodie quidem Nos alium, Deo favente, ad supremos Caelitum honores eveximus atque ad imitandum christifidelibus proposuimus, una cum Beatis Andrea Bobola Martyre, Societatis Iesu Sacerdote, et Ioanne Leonardi, Ordinis Clericorum Regularium Matris Dei Conditore, Beatum Salvatorem ab Horta, Laicum Professum Ordinis Fratrum Minorum. Qui, litterarum plane rudis et sacerdotali carens dignitate, quamquam magnas gerere res non poterat, nihilominus per paupertatis studium, per angelicum animi candorem ac voluntarios insontis sui corporis cruciatus ita Iesu Christi

imaginem expressit, ut innumeras multitudines sanctitudinis splendore rerumque miraculis alliciens, ad meliorem ducendae vitae rationem, Ecclesiae nimirum praeceptis consentaneam, omni ope reduceret.

Anno Domini millesimo quingentésimo vicesimo ille ex humilibus et pauperibus, piissimis vero, parentibus ortum habuit in oppido S. Columbae de Fames dioecesis Gerundensis in Hispania; vix adulescens parentibus orbatus, primum pascendis ovibus incubuit, dein Barcinone, quo una cum sorore domicilium transtulit, per aliquot annos sutrinam fecit; postquam vero eius soror honesto viro nupsit, ipse, unum et viginti annos tunc agens, Deo vocanti se totum consecrare statuit et ad Fratres Minores in conventum S. Mariae prope Barcinonem se contulit, ut inter fratres operarios exciperetur humillime expostulans. In coenobio illo exceptus, eximiae observantiae laude notissimo, socius datus est Fratri coquinae curam gerenti; cui muneri aliisque obedientiae operibus exercendis dum toto se animo dabat, ab intima tamen Dei unione, ac saepe saepius sanctissima Iesu et Mariae nomina pie proferens, minime distrahebatur. Inter ceteras autem, quibus ornabatur, virtutes maxime tunc eluxit candida eius animi simplicitas et puritas, profundissimae humi-1 itati et corporis castigationi coniuncta. Probationis igitur et tyrocinii tempore peracto, ad solemnia vota nuncupanda admissus est et ad coenobium S. Mariae de Iesu Derthusae, Fratrum vitae austeritate et rigidissima regulae observantia celebre, translatus est. Ibi, quum praeclara Dei Famuli virtus et vitae sanctimonia homines latere non posset, illius fama totam brevi civitatem pervasit et ab omnibus Frater Salvator sanctus appellabatur, qui se beatos putabant, si vel semel eius vestimenta tangere exoscularique potuissent.

Quam sanctitatis opinionem creberrima magis in dies confirmaban! miracula, quibus omnipotens Deus largissime servum suum fidelem voluit locupletare. E longinquis namque etiam Hispaniae regionibus quam plurimi undequaque confluebant homines suis aegritudinibus infallibilem roga turi medicinam. Cuius adven tantis multitudinis frequentia pertaesi religiosi viri, simul cum Dei Servo vitam degentes, qui religiosae domus tranquillitatem non parum turbari videbant, Provincialem Moderatorem rogarunt, ut, ipsorum quieti consulens, aliorsum transferre vellet Salvatorem. Qui reapse in *Bellpuig* oppidum primo et Ilerdam deinde missus, paulo post ad coenobium, in arduo monte situm, duobus millibus passuum ab Horta, Derthusensis dioecesis oppido, ubi summa veneratione B. Mariae Virginis mirificum colebatur simulacrum, translatus est. Quod quidem oppidum illud est, quod Fratri Salvatori exinde *ab Horta* cognomen dedit, eo quia in coenobio illo Dei Servus diutius ino-

ratus magis in dies pietatis operibus, ieiuniis, continentiae et omnigenae virtuti alacri animo incubuit, ita ut, illius sanctitatis fama per totam Hispaniam magis ac antea diffusa, aegros et quavis infirmitate detentos undequaque ad sanitatis spem exciret, sancti viri illius precibus impetrandae.

Re quidem vera in hac quoque altera Famuli Dei sede, Beatissimae Virginis Mariae ope implorata, atque solo crucis signo in sanctissimae Trinitatis nomine ab ipso sanationes infinitae prope et innumerabiles patrabantur, ita ut, populorum concursu ad S. Mariae de Horta succrescente, non ex Hispaniae solum sed ex Galliae quoque regionibus, Servi Dei sanctitatis opinio ad Fidei Inquisitoris Aragonensis aures pervenerit. Qui diffidenter primum prodigia illa visus est excipere, postea vero, re suis inspecta oculis, veniam ab illo expostulavit, quocum aliquandiu in coenobio commorari pergratum habuit. Sed ibi quoque Frater Salvator, post duodecim fere annos diutius esse non potuit, et, circa annum millesimum quingentesimum sexagesimum, Horta abire superiorum iussu coactus est, eadem quidem causa, ad quietem nempe coenobio illi et pacem reddendam; atque, mutato quidem ei Salvatoris nomine in *Fratris Alfonsi,* ad oppidum cui nomen *Reus* missus est et paulo post Barcinonem. Ibi, dum suae sanctificationi multo intentius incumbit, miracula quotidie operari non desinit, quorum numerum inire prorsus impossibile est. Barcinone eius moderatores, volentes forsan Servi Dei sanctitatem comprobare, eum Inquisitoribus detulerunt; qui contra, praeclara illius virtute et duorum miraculorum suis oculis veritate perspecta, ab ipso per crucis signum patratorum, eum dimiserunt, quin immo rogarunt ut Deum pro se orare vellet. Attamen, quamquam solari luce clarior eius praefulsit innocentia, et a Philippo Secundo, Hispanorum Rege, qui ei Matriti maximum exhibuit honorem, thaumaturgica humilis Fratris agnita est potentia, acerbiores tamen simultates et persecutiones ei manebant, usquedum ille ab Ordinis Commissario pro Sardinia, qui Ministri Generalis iussu ad pios studiososque Fratres pro ea insula ascribendos Barcinonem venerat, secum ire invitatus, libens ipse laetusque annuit et Calarim, in principem insulae illius urbem, adivit.

In itinere foedam maris tempestatem exortam illico, uti fertur, crucis signo seda vit. Calari, frequenti populi concursu et inenarrabili laetitia exceptus, quippe qui sanctitatis et miraculorum fama praeventus, minime tanto honore permotus, a profundissima sua humilitate dimoveri non potuit; quin immo omnia ipsi despectui erant, nisi quae Dei gloriam et animarum salutem respicerent, seseque humile diceret Dei instrumentum pro animabus Christo lucrandis. Vivida, qua ipse flagrabat, caritas

eum ad proximorum salutem procurandam vehementer urgebat. Quare nullam praeteribat occasionem ut rudes ignarosque christianam doctrinam doceret, simplici quidem facilique modo, sed aptissimo, ita ut videretur ipse theologicis studiis vacasse. Deus vero istum animarum zelum humillimi Fratris laici, prodigiorum charismate, Calari etiam, sicut alibi plures iam annos, ita roborare dignatus est, ut verus ob eorum multitudinem ac praestantiam thaumaturgus ab omnibus haberetur.

In eadem Calaritana urbe, duo de vicesima die Martii mensis anno millesimo quingentésimo sexagesimo septimo, in pervigilio festi S. Ioseph, ut ipse praedixerat, aetatis suae anno septimo et quadragesimo fidelis Dei Servus, extremis munitus Ecclesiae Sacramentis, Iesu et Mariae nomina, quae continenter vivens in ore habuit, pie proferens, obdormivit in Domino. Triduo mortales eius exuviae, universo fere clero et populo ad eas venerandas confluente, in coenobii ecclesia solemniter expositae, et in sacello dein S. Francisci Patris conditae sunt. Post beatam Servi Dei mortem non ideo desiit populi christiani pietas et devotio, eo vel magis quod non desierunt quoque mirificae sanationes et vera miracula, eius invocato patrocinio, ab omnipotente Deo patrata. Quare cl. m. Xistus Quintus, Praedecessor Noster, relationem quamdam* sibi exhibitam anno millesimo quingentésimo octogesimo sexto a Francisco Gonzaga, Episcopo Mantuano, de Famuli Dei sanctitate et miraculis et populorum, Hispaniarum potissimum et Sardiniae, erga illum pietate, Apostolicis Litteris *Cum sicut exposuit* sub anulo Piscatoris, die tertia Septembris eodem anno datis, ratam habuit et confirmavit. Verumtamen ordinarii processus ab Antistitibus Calaritano, Gerundensi, Derthusensi et Barcinonensi prioribus saeculi decimi septimi annis adornati sunt circa famam sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum Dei Servi Salvatoris ab Horta. Anno millesimo sexcentésimo sexto Philippus Tertius, Hispaniae Rex, a Decessore Nostro Paulo Quinto enixe expostulavit, ut ad Canonizationem Servi Dei procederetur; eique per Sacram Rituum Congregationem die quinta Februarii mensis eodem anno responsum fuit Canonizationem ob iustas causas differendam esse; sed adiectum est : *quod interim Beatus Salvator ab Horta cum hoc titulo et miraculis imprimatur, publiceque portetur ad maiorem fidelium consolationem.* Quo Decreto cultus, quem populus Famulo Dei quinquaginta iam annos tribuebat, ratus ac legitimus habitus est.

Introductionis autem Causae Canonizationis apud Sanctam Sedem commissionem Urbanus Octavus, Antecessor Noster, anno millesimo sexcentésimo vicesimo quarto signavit et in Beati honorem hymnum proprium, responsorium et orationem propriam pro nonnullis locis ap-

probavit. Anno insequenti Processus Apostolici coepti sunt adornali, quorum iuridica vis a S. Romanae Rotae Auditoribus, uti tunc mos erat, recognita est mense Augusto anni millesimi sexcentesimi trigesimi tertii, et Novembri mense eiusdem anni constare de Servi Dei virtutum heroicitate responderunt; mense autem Martio biennio post primum ex propositis miraculis ratum dixerunt. Quoniam vero, non multo post ab Urbano Papa Octavo novi iuris decreta de Servorum Dei Causis edita essent, sententia illa S. Rotae Auditorum promulgata non fuit.

Longum deinde iter Beati Salvatoris Causa, antequam ad optatum finem perveniret, percurrere oportuit. Cultus namque iam Beato praestitus et late propagatus atque a Sacra Rituum Congregatione, uti supra diximus, ratus legitimusque habitus ac permissus, a Clemente Undecimo Papa, iuridicis inquisitionibus praehabitis, tandem anno millesimo septingentésimo undecimo confirmatus est; Causae vero reassumptio in statu et terminis, quibus eadem tunc reperiebatur, tantummodo millesimo octingentesimo octuagesimo secundo, quartadecima die Decembris mensis, gl. m. Leone Papa Tertiodecimo auctore, habita est. Ad normas igitur a Decessoribus Nostris *super casu excepto,* quem vocant, datas, insequenti anno, die duodecima Februarii ab eodem Summo Pontifice dispensatione indulta a novo examine de Processuum validitate, à Sacra Rituum Congregatione districta super Beati virtutum heroicitate investigatio peracta est et a Nobis de eadem Decretum die tertia decima Tulii mensis anno millesimo nongentesimo vicesimo septimo editum est.

Ad Canonizationem Beati huius Thaumaturgi tandem aliquando obtinendam, concessa a Nobis quod in casu requirebatur super tertio miraculo dispensatione, de duobus miraculis pertractari oportebat, eiusdem Beati patrocinio invocato post indultam ab Apostolica Sede Beato ipsi venerationem. Cum autem de duobus prioribus mirificis sanationibus, Sacrae Rituum Congregationi exhibitis, non satis constare visum fuisset, novi in Calaritana Curia Archiepiscopali constructi sunt super binis quae sequuntur sanationibus processus, quorum iuridica vis ab eadem Sacra Congregatione decreta est die ultima mensis Iulii anno millesimo nongentesimo trigesimo quinto. Marius Piras, Benvenuti filius, Calaritanus, puer fere decennis, lethali tuberculari meningitide basilari, Septembri mense anni millesimi nongentesimi trigesimi primi, affectus est. Unanimis est medicorum consensus in diagnosi statuenda et infausta prognosi. Dum morbus adeo saeviebat, ut medici iudicio, hora octava pomeridiana diei vicesimi quarti eiusdem mensis, mors immineret, invocato a parentibus amicisque B. Salvatore, atque inuncto eius corpore oleo lampadis, quae ad Beati altare ardebat, puer somno corripitur,

summoque insequentis diei mane perfecte sanatus a medico declaratur. Quae sanatio a peritis a Sacra Rituum Congregatione deputatis miraculo tribuenda habita est.

Altera mira sanatio respicit puellam Auroram Secchi, Angeli filiam ex oppido *Mandas,* Calaritanae Archidioecesis. Vertente anno sancto millesimo nongentesimo trigesimo tertio, Aprili mense, mortali scarlattina cum meningeis et polyarthriticis implicationibus fuit illa correpta. Morbus invaluit, puellamque die tertia Maii ad extremum mortis limen adduxit. Hora post meridiem octava circiter eius parentes, accensa coram Beati imagine cerea candela, puellaque oleo lampadis Beati linita, ferventissimas effudere preces. Post paucas horas perfecte ab omnibus morbi symptomatibus Aurora libera facta est. Miraculum conclamai et medicus a curatione peritique a Sacra eadem Congregatione acciti.

De utraque hac sanatione : suetis Congregationibus, antepraeparatoria ac praeparatoria, quas vocant, tertia vero coram Nobis praehabitis, die tandem septima et vicesima Iunii mensis superiore anno, in Palatio Apostolico Castri Gandulphi, Nos Ipsi, sacro Eucharistico sacrificio antea litato, ediximus : *Constare de duobus miraculis a Deo per Beati Salvatoris ab Morta intercessionem patratis,* nempe : *de instantánea perfectaque sanatione tum Marii Piras a meningitidê basilari tuberculari, cum Aurorae Secchi a maligna scarlattina cum gravissimis meningeis et polyarthriticis implicationibus.*

Quod unum denique supererai decernendum, *an* videlicet, *stante adprobatione duorum miraculorum post indultam Beato Salvatori ab Horta ab Apostolica Sede venerationem,* Tuto *procedi posset ad ipsius Beati Canonizationem,* Nos, in Apostolicum quod supra diximus Palatium Castri Gandulphi accitis sexta et vicesima die Octobris mensis praeteriti anni venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Alexandro Verde, Causae huius Ponente seu Relatore, ceterisque Cardinalibus Sacris Ritibus tuendis praepositis, una cum Officialibus, Praelatis et Consultoribus, praefatum dubium discutiendum iussimus; omnes autem adstantes unanimiter in affirmativam convenerunt sententiam. Nos vero Nostram proferre distulimus ad diem primam et vicesimam subsequentis mensis, ad Dominicam nempe ultimam post Pentecosten, B. V. Mariae Praesentationi sacram. Quod quidem, favente Domino, Romae in Vaticanis Aedibus peregimus sollemniterque decrevimus *tuto* procedi posse ad Beati Salvatoris ab Horta Canonizationem. Quibus omnibus rite peractis, ut in re tam gravi sapientissimus a Decessoribus Nostris constitutus servaretur ordo, primum quidem venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales in Consistorium secretum, die septima

decima Martii huius anni, apud Nos convocavimus; in quo dilectus Filius Noster Camillus Cardinalis Laurenti sermonem habuit de vita, martyrio et de miraculis B. Andreae Bobola Martyris, Sacerdotis Professi e Societate Iesu, nec non de vita et miraculis B. Ioannis Leonardi, Confessoris, Sacerdotis, Fundatoris Ordinis Clericorum Regularium a Matre Dei atque B. Salvatoris ab Horta, Confessoris, Laici professi Ordinis Fratrum Minorum; ac recensuit acta, quae in Causis eorumdem Beatorum Beatificationis et Canonizationis Ss. Rituum Congregatio, praevio accurato examine, admittenda ac probanda duxerat. Qua relatione expleta, Nos Patrum Cardinalium singillatim suffragia exquisivimus; singulique iidem Cardinales suam Nobis aperuerunt sententiam. Consistorio secreto absoluto, rite celebratum est consistorium publicum in quo pro eorumdem Beatorum Canonizatione solemnis peroratio per dilectos Filios Consistorialis Aulae Advocatos habita est; pro Beato autem Salvatore dilectus Filius Augustinus Lenti perorationem diserte peregit. Nos vero quod expostulatum est grato animo complectentes, nihil antiquius fassi sumus habere, *quam ut evangelicae virtutis héroes ita in sua luce ponantur, ut quotquot sunt militantis Ecclesiae filii, eorum intuentes sanctitudinis fulgorem, in trepidis afflictisque huius vita solacium, in arduo christianae perfectionis certamine invitamentum, in omne genus necessitatibus auxilium habeant ac praeterea ex horum Caelitum egregie sanctissimeque gestis, omnium admirationi imitationique propositis, hoc vel luculentius enitere* diximus, *quod in praesenti rerum gravitate spem "Nostram, Dei innixam pollicitationibus, acuit ac roborat;* illos idcirco praeclaros Caelites exoptare sanctitatis decorare Ínfula; sed tamen nihil velle ex iis desiderari rebus rationibusque, quibus Apostolica Sedes, ex peculiari more institutoque suo, graves huiusmodi causas expedire solet. Quapropter non ante inviolabile auctoritatis Nostrae oraculum laturos, quam in consistorio semipublico, quod vocant, tum iterum S. R. E. Cardinalium, tum omnium quotquot in Urbe adfuturi sint Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi et Abbates *nullius* sententiam exquisierimus. Interea singulis eorum reddendos iussimus legitimos commentarios, in quibus Beatorum illorum Andreae Bobola, Ioannis Leonardi et Salvatoris ab Horta vitae curriculum, egregie gesta, ac patrata a Deo eorum deprecatione miracula, breviter descripta essent, et acta omnia in eorumdem Beatorum Canonizationis Causis notata. Omnes igitur Patres Cardinales et Antistites illos, ad Nos die trigesima prima proxime elapsi mensis Martii in Consistorio *semipublico* convocatos, allocuti sumus et singulorum sententiam exquisivimus, quid de supremis sanctitatis honoribus Beatis illis decernendis sentirent. Quum vero,

exceptis adstantium suffragiis, omnes cum Nostra convenire sententia grato animo novissemus, proxima die sollemni Paschatis, decima septima nempe mensis Aprilis, in Petriana Basilica triplicem una simul Canonizationem peragere decrevimus. Interea vero Deum Nobiscum rogare omnes adhortati sumus, ut id laboranti Ecclesiae, iis potissimum nationibus novo hoc afficiendis decore, faustum, felix fortunatumque sit. De quibus omnibus ut publicum confluerent instrumentum, dilectis filiis? adstantibus Protonotariis Apostolicis mandavimus. Quum autem auspicatissima a Nobis praestituta dies trinae huic Canonizationi celebrandae advenerit, universi tum saecularis cum regularis cleri ordines, Romanae Curiae Praesules et Officiales necnon venerabiles Fratres Abbates, Episcopi, Archiepiscopi et Patriarchae, atque S. R. E. Patres Cardinales: in Vaticanam Basilicam, innumeris respondentem lycnis ac splendido ornatam apparatu, maximaque christifidelium stipa tam frequentia, quos inter plurimi ex Hispania ac Polonia ac plura Puellarum Actionis Catholicae millia, solemni pompa una Nobiscum ingressi sunt; Nos autem ad Cathedram Nostram porreximus ibique sedimus. Porro dilectus Filius Noster Camillus Cardinalis Laurenti, Sacrae Congregationis Rituum Praefectus, trinae huic Canonizationi praepositus, per dilectum Filium Augustum Milani, Consistorialis Aulae Advocatum, *instanter* prius, *instantius* dein ac *instantissimae* a Nobis expostulavit, ut Beati Caelites Andreas Bobola, Ioannes Leonardi et Salvator ab Horta in Sanctorum; album per certum oraculum Nostrum describerentur. Nos vero, cum tanti ponderis causa ageretur, ad hoc pervenire noluimus, nisi prius supplices ab omnibus Deo preces admoverentur, patrocinio interposito Deiparae Virginis totiusque Curiae caelestis, ut a Paraclyto Spiriti* supernae lucis copia Nostrae menti affulgeret. Quod quidem ab adstantibus omnibus ferventissime actum est. Tum demum, omnibus quidem[2] stantibus, Nos vero in Cathedra sedentes, de plenitudine Apostolicae potestatis, sollemniter sic pronunciavimus : *Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita, et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe existentium consilio, Beatos Andream Bobola Märtyrern, Ioannem Leonardi et Salvatorem ab Horta, Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes ab Ecclesia Universali illorum memoriam quolibet anno die eorum natali, nempe Andreae Bobola die decima sexta Maii, inter Sanctos Martyres,*

Ioannis Leonardi die nona Octobris, et Salvatoris ab Horta die decima octava Martii, inter Sanctos Confessores non Pontifices pia devotione recoli debere. In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Qua Canonizationis formula a Nobis edita, precibus annuentes dilecti Filii Nostri quem supra memoravimus Camilli Laurenti, per praedictum Augustum Milani Nobis porrectis, Decretales hasce Litteras confici expedirique iussimus et de hac ipsa trina canonizatione publicum instrumentum Protonotariis Apostolicis exarandum mandavimus. Gratias deinde omnipotenti Deo ob tantum beneficium devote peragentes, hymnum *Te Deum,* quem Nos praecinuimus, omnes gaudio exsilientes decantaverunt. Primum deinde novensilium Sanctorum patrocinio invocato, Nos homilia populum allocuti sumus in qua « *Haec est dies,* inquimus, *quam fecit Dominus; exultemus et laetemur in ea. Hodie Christus Dominus, devicta morte, aeternitatis Nobis aditum reseravit; hodie militans Ecclesia triumphantis Ecclesiae gaudia effusiore laetitia participat, quod tres e suis civibus, divini Redemptoris vestigia secuti, sanctitudinis sempiternaeque beatitatis compotes inerranti iudicio consecrantur* ». Breve deinde de singulis Sanctis illis praeconium teximus, eorum virtutum laudes recolentes, ut ad ipsorum egregie gèsta pro viribus imitanda incendamur : ac tandem verba quae sequuntur in fine adiecimus, quae in Nostris hisce Litteris iterare collubet Nobis : « *Tribus in his Caelitibus peculiaris videtur Nobis providentissimus Deus benevolentiae dedisse pignus; quandoquidem iidem, populis in praesens tanto rerum discrimine turbatis, novam Ecclesiae portendunt meliorum temporum, spem. Quorum Caelitum alterum, Poloniae decus, christiani Orientis et Occidentis unitatem suis precibus imploraturum confidimus, in cuius finibus ipse martyrii palmam promeruit; alterum catholicae Hispaniae^ pace tandem concordiaque redintegrata, vigentiora christianae vitae opera conciliaturum; alterum denique sacris Missionalium expeditionibus uberiora usque incrementa deprecaturum, quas ipsemet indefaticabili studio suasit atque provexit. Benignissime iidem patriam quisque suam respiciant; suaque tutela efficiant ut, errorum collusione prohibita, quae ima Civitatis fundamenta subruens atque corrumpens, populos in barbariém veterem detrudere conatur, Nostra quoque aetate eaedem Nationes validissima exstent catholicae religionis civilisque cultus propugnacula, Itemque Ecclesiam universam benevolenti vultu respiciant, atque una simul comprecando a Deo impetrent, ut eius ductu c praesentibus tempestatibus victrix emergens, novos agat triumphos, omnesque gentes ad unum Iesu Christi ovile feliciter reducat. Amen* ». Qua homilia a Nobis habita, apostolicam benedictionem et plenariam

admissorum indulgentiam adstantibus peramanter impertivimus atque post pontificale Sacrum, quod venerabilis Frater Noster Ianuarius S. R. E. Cardinalis Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Ostiensis et Albanensis. Sacrique Collegii Decanus, rite persolvit, e superiori podio S. Petri plateam prospiciente sollemnem immenso adstanti populo, nec non *Urbi et Orbi,* benedictionem ac plenariam indulgentiam iterum impertivimus.

Praeclara itaque novensilis Sancti Salvatoris ab Horta Apostolicis his Decretalibus Litteris consecrata memoria, omnibus quae inspicienda erant bene perpensis, certa scientia, omnia et singula, quae supra memoravimus, de apostolicae potestatis plenitudine iterum confirmamus, roboramus, statuimus, decernimus universaeque Ecclesiae Catholicae denunciamus. Mandamus insuper ut earumdem Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii Apostolici subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus habeatur fides, quae hisce praesentibus haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero Decretales has Litteras Nostras definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel eis ausu temerario, quod Deus avertat, contraire aut attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo octavo, die decima septima mensis Aprilis, Dominica Resurrectionis D. N. I. C, Pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



✠ Ego IANUARIUS Episcopus Ostiensis et Albanensis Cardinalis GRANITO PIGNATELUI DI BELMONTE, Decanus Sacri Collegii.

✠ Ego DONATUS Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis SBARRETTI.

£B Ego Fr. THOMAS PIUS, Ord. Praed., Episcopus Portuensis et S. Rufinae Cardinalis BOGGIANI, Cancellarius S. R. E.

£g Ego HENRICUS Episcopus Veliternus Cardinalis GASPARRI.

£B Ego FRANCISCUS Episcopus Tusculanus Cardinalis MARCHETTI SELVAGGIANI.

£8 Ego ANGELUS MARIA Episcopus Praenestinus Cardinalis DOLCI.

Ego ALEXANDER tituli S. Mariae in Cosmedin Presbyter Cardinalis VERDE.

Ego LAURENTIUS tituli S. Pancratii Presbyter Cardinalis LAURI, Paenitentiarius Maior.

Ego EUGENIUS tituli SS. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinalis PACELLI.

Ego Fr. RAPHAËL CAROLUS tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis Rossi.

Ego PETRUS tituli S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis FUMASONI BIONDI.

Ego FRIDERICUS tituli S. Mariae de Victoria Presbyter Cardinalis TEDESCHINI, Datarius.

Ego CAROLUS tituli S. Bartholomaei ad Insulam Presbyter Cardinalis SALOTTI.

Ego HENRICUS tituli S. Mariae Novae Presbyter Cardinalis SIBILLA.

Ego FRANCISCUS tituli S. Caeciliae Presbyter Cardinalis MARMAGGI.

Ego ALOISIUS tituli S. Pudentianae Presbyter Cardinalis MAGLIONE.

Ego CAROLUS tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis CREMONESI.

Ego PETRUS, S. I., tituli S. Angeli in Foro Piscario Presbyter Cardinalis BOETTO.

Ego EUGENIUS tituli Ss Viti, Modesti et Crescentiae Presbyter Cardinalis TISSERANT.

Ego HERMENEGILDUS tituli S. Laurentii in Panisperna Presbyter Cardinalis PELLEGRINETTI.

Ego IOSEPH tituli S. Mariae in Via Lata Presbyter Cardinalis PIZZARDO.

Ego PETRUS MARIA tituli SS. Trinitatis in Monte Pincio Presbyter Cardinalis GERLIER.

Ego CAMILLUS Protodiaconus S. Mariae in Domnica Cardinalis CACCIA DOMINIONI.

Ego NICOLAUS S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis CANALI.

Ego DOMINICUS S. Apollinaris Diaconus Cardinalis JORIO.

Ego VINCENTIUS SS. Cosmae et Damiani Diaconus Cardinalis LA PUMA.
Ego FRIDERICUS S. Mariae in Aquiro Diaconus CARDINALIS CATTANI.
Ego MAXIMUS S. Mariae in Porticu Diaconus Cardinalis MASSIMI.
Ego DOMINICUS S. Caesarei in Palatio Diaconus Cardinalis MARIANI.
Ego IOANNES S. Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis MERCATI.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

CAROLUS Card. SALOTTI
8. R. C. Praefectus

f Dominicus Spolverini, Arch. tit. Larissen., *Proton. Ap.*
Vincentius Bianchi Cagliesi, *Proton. Apost.*

Can. Alfridus Liberati, *Cane. Apost. Adiutor a studiis.*

EXPEDITA
die vigesima mensis Decembris, anno decimo septimo
Alfridus Marini, *Plumbator.*

Alfridus Marini, *Script. Apostolicus.*

Reg. in Cane. Ap., vol. LIX, n. 47* - Al. Trussardi, *a tabulario.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE KABAFUTO

MISSIO <(SUI IURIS » DE KARAFUTO IN JAPONIA AD PRAEFECTURAE APOSTOLICAE GRADUM ET DIGNITATEM EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In dissitas terrarum orbis regiones, quibus evangelica luce collustrandis plurimi Christi operarii enixe adlaborant, peculiarem sollicitudinem Nostram convertentes, quae ad regnum Dei illic latius prolatandum opportuna videntur, absque mora comparare satagimus. Cum itaque in missione *sui iuris* de Karafuto in Iaponia, Apostolicis Litteris *Cum Nos instanter,* anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo se-

eundo, die decima octava mensis Iulii datis, erecta et Ordinis Fratrum Minorum curis concredita, per auctum Evangelii praeconum numerum missionalia opera impensius augeri coeperint, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, re mature perpensa, Missionem illam ad potiorem dignitatis gradum evehere statuimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, quam supra diximus Missionem *svi iuris* de Karafuto, eodem servato nomine, in Praefecturam Apostolicam suprema Nostra auctoritate evehimus, erigimus et constituimus, eamque eiusdem Fratrum Minorum Ordinis curis etiam in posterum, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum; concreditam volumus. Novae propterea huic Praefecturae de Karafuto eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae Apostolicae earumque Antistites iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae praesentibus Litteris adhiberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo octavo, die vigesima prima mensis Maii, Pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E..

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfonsus Carinci, ***Proton. Apost.***
Alfriäus Vitali, ***Proton. Apost.***

Loco £8 **Plumbi**

Reg. in Carne. Ap., Vol. LIX, n. Ql, - **Al. Trussardi.**

II

BORNEAE HOLLANDICAE

A VICARIATU APOSTOLICO BORNEAE HOLLANDICAE PARS SEIUNGITUR, QUAE IN PRAEFECTURAM APOSTOLICAM NOMINE DE BANDJERMASIN NUNCUPANDAM ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad evangelizationis opus facilius nullusque reddendum recta sane iuvat Missionum circumscriptio, earum latissimi plerumque territorii divisio, et novarum Missionum constitutio. Quum itaque venerabilis Frater Tarcisius Henricus Ioseph van Valenberg, Ordinis Minorum Capulatorum, Episcopus titularis Combensis et Vicarius Apostolicus* Borneae Hollandicae, iterum atque iterum enixis precibus a Nobis expostulaverit, ut provincia meridionalis-orientalis Borneae, eo quod a sua sede non parum sit dissita et accessu perdifficilis, a sui Vicariatus Apostolici territorio distraheretur et in novam erigeretur Missionem, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, omnibus mature perpensis, oblatis Nobis precibus lubentissime annuere decrevimus, certam foventes spem ad catholicam veritatem magis aptiusque prolatandam et ad maius spirituale christifidelium bonum id esse obventurum. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae potestatis plenitudine, tenore praesentium, ab Apostolici quem supra diximus Vicariatus Borneae Hollandicae territorio provinciam meridionalem-orientalem Borneae (vulgo *ResMentie der Zuider en Oosterafdeeling)* seiungimus et territorium ita distractum in Praefecturam Apostolicam erigimus et constituimus eamque *de Bandjermasin* nuncupari volumus ac decernimus. Considerantes autem in regione illa iam ab anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto ad Christi regnum prolatandum impense adlaborare Congregationis a S. Familia Missionarios, novam istam Praefecturam huius Congregationis curis, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis beneplacitum, concredimus. Decernimus insuper ut Vicariatus Apostolicus Borneae Hollandicae, territorio, uti supra diximus, imminutus, posthac *de Pontianah* denominetur. Novae autem Praefecturae de Bandjermasin eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribui-

mus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Antistites iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, decreti, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero hoc ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo octavo, die vicesima prima mensis Maii, Pontificatus Nostri anno septimo decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*
Ludo vicus Kaas, *Proton. Apost.*

Loco £3 Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LIX, n. 54. - **Al. Trussardi.**

III

DE VIENTIANE ET LUANG-PRABANG-

VICARIATUS APOSTOLICUS DE LAOS DISMEMBRATUR ET NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE VIENTIANE ET LUANG-PiRABANG.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad regnum Dei per orbem latius faciliusque dilatandum quam maxime prodest recta ecclesiasticarum circumscriptionum constitutio. Quum itaque Vicariatus Apostolicus de Laos in Indosinis, apostolicis Societatis Parisiensis Missionum ad Exteras Gentes curis concreditus, im-

menso prope territorio redundet, venerabilis Frater Angelus M. I. Gouin, Episcopus titularis Orcistenus et illius Vicariatus hodiernus Antistes, ab Apostolica Sede enixe efflagitavit, ut ex eiusdem Vicariatus territorio pars aliqua seiungeretur, aliorum Evangelii Praeconum regimini tradenda. Propterea, attentis assentientibus votis tum praefati venerabilis Fratris Vicarii Apostolici de Laos, tum dilecti filii Moderatoris Generalis Societatis quam supra memoravimus Parisiensis Missionum ad Exteras Gentes, tum venerabilis Fratris Antonini Drapier, Archiepiscopi titularis Neocaesariensis in Ponto et in Indosinis Delegati Apostolici, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, re mature perpensa, oblatis Nobis precibus annuere decrevimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, a Vicariatu Apo--stolico de Laos civilia territoria, seiungimus, quae Provinciam de *Vientiane,* Provinciam de *Xieng-Khuang* seu de *Tranr-Ninh,* Regnum de *Luang-Prabang,* Provinciam de *Huei-Sai* seu de *Eaut-Melcong* et Quintum Territorium Militare seu de *Phong-Sali* complectuntur; quae quidem territoria una cum exigua Provinciae de *Tnm-Ninh* parte ad Vicariatum Apostolicum de *Vinh* hucusque pertinente, in novam Praefecturam Apostolicam erigimus et constituimus, quam *de Vientiane et Luang-Prabang* vocandam esse decernimus, ex Vientiane urbe principe Protectoratus Gallici de Laos et ex Luang-Prabang, regni eiusdem nominis urbe principe. Novam vero hanc Praefecturam apostolicis Congregationis Oblatorum B. Mariae Virginis Immaculatae curis, quae in regione illa tam impense iam adlaborat, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis beneplacitum, tenore praesentium committimus. Novae propterea huic Praefecturae de *Vientiane et Luang-Prabang* eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae Apostolicae earumque Antistites iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, concessionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire

liceat. Si quis vero hoc ausu temerario attentare praesumpserit, indit gnationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo octavo, die quarta decima mensis Iunii, Pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Fr. TH. PIUS, G. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*
Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

***Reg. in Canc. Ap., Vol. LIX,* ». *66* - Al. Trussardi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

VENERABILIS DEI FAMULA MARIA IOSEPHA ROSSELLO E TERTIO ORDINE S. FRANCISCI, FUNDATRIX INSTITUTI FILIARUM NOSTRAE DOMINAE A MISERICORDIA, BEATA RENUNTIATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — *Misericordia Domini plena est terra* sed *multae* quidem *misericordiae omnibus invocantibus* Eum, quoniam Ipse est *gloria virtutis* illorum qui *in lumine vultus* Eius *ambulant* atque *in viis Eius.* Huic Divinae Misericordiae innixa, procul dubio Maria Iosepha Rossello fortissime cuncta quaeque superavit adversa, et, licet se nihil esse existimar et, omnia se posse in Deo, qui misericordia sua eam confortabat, factis ostendit; voluitque propterea ut etiam religiosarum Institutum, quod ad puellarum praesertim derelictarum institutionem procurandam atque ad infirmorum curam habendam fundavit, nomen suum assumeret a Nostra Domina de Misericordia, cum Beatissima Virgo Dei Mater non modo fons gratiarum perennis sit sed et Ipsa magistra misericordiae ac dispensatis; ita ut Filiae sui Instituti continenter Deiparae auxilium gratiasque poscerent, tantaeque Divinae Matris fideles asseclae sibi imposita misericordiae opera facilius expièrent. Albissolae in dioecesis Savonensis maritimo oppido Dei Famula die vicesima septima mensis maii anno millesimo octingentesimo decimo primo a christianis parentibus, qui parvam domi fictilium vasorum ofiicinam exercebant, nata est; ipsique lustralibus

aquis eadem die ablutae nomen Benedictae impositum est. Ab ore piorum parentum religionis rudimenta didicit, atque a teneris annis pietatis iam laude moribusque in exemplum adducendis enituit. Vix septennis pauperibus subvenire, aetate aequales puellas congregare ut Sacratissimum Rosarium recitarent, easque ad bonum allicere atque a malo removere, ad templum secum trahere et ad sacramenta recipienda hortari in deliciis habuit. Mox vero, iuvenilem aetatem adepta Deo inservire in aliquam iam constitutam religiosam familiam adscita cupiebat, sed tum propter dotis defectum tum ob malefirmam valetudinem consilium suum tunc temporis demittere coacta est : interea Tertii Ordinis Sancti Francisci regulam professa, eam in exemplum servavit, religiosamque vocationem suam precibus piisque exercitiis fovere atque etiam augere instititit; sive intra domesticos parietes sive in domo quorumdam coniugum savonensium, qui eam tanquam filiam sibi acceptissimum retinere exoptabant, rebus mundanis plene renuntians, morti orationibus ieiuniisque corpus suum in servitutem redigens, indefessa laboribus familiaribus atque oratione, iugiter quae sunt Dei cogitans, ut sancta esset corpore et spiritu, christianae perfectionis semitas valide aggressa est. Anno demum millesimo octingentesimo tricesimo septimo mensis augusti die decima Instituti sui prima fundamenta iecit. Episcopo enim qui Savonensium Ecclesiam tum temporis regebat, ad spirituales puellarum necessitates providendas ultro probante immo favente, in quandam domunculam benefactorum ope conductam, Dei Famula tribus sociis sibi additis sese recepit; ibique suum opus animose sumpsit sub tutissimo Beatae Mariae a Misericordia, cuius veneranda Imago Savonae a Pio Pp. VII rec. mem. Decessore Nostro haud multis ante annis aureo diademate fuerat redimita, Eiusque purissimi sponsi Sancti Iosephi patrocinio; adeo ut suum etiam primum Benedictae nomen ex tunc ob fidelem suam erga Deiparam Eiusque Sponsum devotionem in alterum Mariae losephae ipsa commutaverit. *Sicut granum sinapis, quod cum seminatum fuerit in terra minus est omnibus seminibus quae sunt in terra et cum seminatum fuerit ascendit et fit maius omnibus oleribus et facit ramos magnos ita ut possint sub umbra eius aves coeli habitare* (Marc, IV, 31-32) sic etiam parva religiosa familia a Dei Famula constituta mirabili modo succrevit; nam intra quadraginta annorum spatium fere septuaginta sui Instituti domos, sive in Italia sive in Australi America condere ipsa potuit, omnique necessaria re instruere. At ut suum opus Fundatrix perficeret, quot ei et quam graves obiectae sunt difficultates. Sed, Dei gratia, haud impares Venerabilis Dei Famulae virtutes erant, itemque filiarum suarum observantia atque amor erga

matrem carissimam, quae eas omnes et singulas sive voce sive scripto continenter ad perfectionem adducere conata est. Acceptis autem multa cum veneratione a Praesule Savonensi Regula atque habitus religiosi forma, Venerabilis Maria Iosepha, quamvis ultimis annis vitae suae gravi morbo affligeretur, alacri studio usque ad mortem suum Filiarum Nostrae Dominae a Misericordia moderata est Institutum, quod praestitutos fines haud dubie hac de causa assecutum est. Iam enim in primordiis Instituti, lethifero morbo in Liguria grassante, a nullo ministerii genere ut infirmos diu noctuque sublevarent Filiae Nostrae Dominae a Misericordia, pia matre Maria Iosepha auctore atque impulsore, refugerunt; dein plura nosocomia, quae eisdem administranda fuere concredita, maxima cum animorum utilitate ac temporali etiam infirmorum bono gesserunt. Ut autem grex Christi in Fidei veritatibus edoceretur multa mulierum ac puellarum hospitia, conlegia scholasque Venerabilis Dei Famula instituit, suisque Filiabus instantissime tradidit atque inculcavit ut horum operum bonum provehendum iugiter respicerent; et sic mandatum Matris fideliter .Filiae sunt persequutae, ut Institutum a Misericordia eiusque Sorores ad hunc usque diem amplissimos ediderint atque attigerint fructus tam religiosae quam civili societati. Sed praecipue e prudenti ac provido studio Venerabilis Mariae losephae saluberrimi huiusmodi fructus prodire videntur. In regendo sane Instituto semper vigilantem matrem sororibus se praebuit; et maxime sollicita fuit de solida alumnarum vocatione Deo serviendi, qua probata eas etsi pauperes et dote carentes libenter excipiebat, et receptas in sancta religione servabat sub Regularum observantia, ipsa praeeunte, prudentia, caritate et exemplo, ita ut ab Regulis, licet infirma, solvi non pateretur. Magistra vero Filiabus suis in omnibus virtutibus exercendis se ostendit. Equidem in eadem virginalis puritas, humilitas profunda, consummata prudentia, actuosa animas Deo lucrandi cura, in rebus adversis fortitudo, evangelicus paupertatis amor, magna Divinae Providentiae ac misericordiae fiducia enituit. Verum has omnes aluit virtutes evexitque fervidissima eius in Deum caritas et dilectio in proximum, pro cuius animae corporisque salute se totam impendit seseque profudit. Ad rem profecto memorari etiam oportet eius studium in ecclesiasticis vocationibus fovendis, eiusdemque auxilium Operi redemptionis puellarum nigritarum ultro libenterque praestitum. Cum autem erga Iesum Christum sub velis Eucharisticis delitescentem immenso ardore flagraret et in Dominicam Passionem continuo animum intenderet non secus Virginem Beatissimam eiusque castissimum Sponsum peculiari affectu iugiter dilexit : Custodem Angelum suum, Sanctum Ioannem Baptistam san-

ctuinque Vincentium a Paulo qua efficaces suos suique Operis apud Deum Patronos elegit ac venerata est. Apostolicis demum fracta laboribus ac diutino consumpta morbo sexagesimum nonum suae aetatis annum agens in principe Filiarum Nostrae Dominae a Misericordia domo, Savonae, solertissima ac relligiosissima vita Dei Famula functa est mense Decembri in pervigilio Sollemnitatis Conceptionis Immaculatae Beatae Mariae Virginis, anno millesimo octingentesimo octogesimo; Eiusdemque corpus tunc, frequentissimis ex omni genere civibus comitantibus, in publico coemeterio est humatum; a quo tamen, ubi primum opportuna tempora visa sunt, in domum principem Savonensem Instituti translatum est; ibique in marmoreo sarcophago, qui erat sub aedicula idonea in viridario cypressibus circumdata, antea mansit; penes postea altare maius adiecti domui memoratae templi in loco quem dilectissimae Matri alumnae eius paraverant, post rite expletam anno millesimo nongentesimo decimo septimo recognitionem, est pie repositum. Ob virtutum vero famam, qua vitam adhuc mortalem agens Famula Dei inclaruerat, nec non ob insolita quoque prodigia, quibus post eius obitum Deus Servae suae sanctitatem confirmare tradebatur, de Beatorum coelitum honoribus ipsi Famulae Dei decernendis, processibus Ordinariis initis ac de more confectis, penes Sacrorum Rituum Congregationem Causa agitari coepta est, ita ut per Decretum die xxin m. Iulii, anno millesimo nongentesimo vicesimo quarto editum Nos ipsi Introductionis Causae Commissionem manu propria signaverimus; eademque, introducta cum fuerit, minoribus interea superatis iudiciis, adeo deinceps progressa est, ut mox etiam super Venerabilis Famulae Dei Mariae Iosephae Rossello virtutibus disceptari coeptum sit, quas tanquam heroica qualitate praeditas atque exornatas Nos anno millesimo nongentesimo tricesimo sexto, quartodecimo kalendas Apriles, adprobavimus et declaravimus. Agitata dein quaestione de duobus miraculis, quae a Deo patrata ferebantur per eiusdem Venerabilis intercessionem, post duas Congregationes, antepraeparatoriam nempe et praeparatoriam, nec non aliam generalem Congregationem, quae coram Nobis die quinta mensis Aprilis huius anni habita est, rebus omnibus acerrimo iudicio investigatis, Nosmetipsi die decima praefati mensis, nempe Dominica Palmarum, miracula proposita constare ediximus, ulteriusque proinde in casu procedi posse. Cum igitur esset de heroicis virtutibus deque miraculis prolatum iudicium, illud discutiendum supererai, num Venerabilis ipsa Dei Famula inter Beatos coelites recensenda tuto foret. Hoc dubium propositum est a Dilecto Filio Nostro Raphaele Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Rossi, hodierno

Causae Relatore, in generalibus comitiis coram Nobis habitis in Apostolico Palatio apud Castrum Gandulphi die decima mensis Maii anni huius, omnesque qui aderant, tam Cardinales quam Sacrorum Rituum Consultores, unanimi consensu affirmative responderunt. Nos vero in re tanti momenti Nostram aperire mentem distulimus donec enixis precibus a Patre luminum subsidium poseeremus. Quod cum impense feeissemus, tandem die vicesima sexta mensis Maii memorati, Domini Nostri Iesu Christi in coelos Ascensioni sacra, Eucharistico Sacro rite litato adstantibus Dilectis Filiis Nostris Camillo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Laurenti, recolendae memoriae, qui tunc Sacrae Rituum Congregationi praepositus erat, et Raphaele Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Rossi, Causae Relatore, nec non dilectis filiis Alphonso Carinci, Congregationis Rituum a Secretis, et Salvatore Natucci, generali Sanctae Fidei promotore, ediximus *tuto* procedi posse ad Venerabilis Dei Famulae Mariae losephae Rossello beatificationem. Quae cum ita sint, Instituti praesertim Filiarum Nostrae Dominae a Misericordia vota implentes, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore facultatem facimus ut eadem Venerabilis Dei Serva Maria Iosepha Rossello e Tertio Ordine Sancti Francisci, Fundatrix Instituti praelaudati Filiarum Nostrae Dominae a Misericordia, BEATAE nomine in posterum nuncupetur, eiusque corpus ac lipsana seu reliquiae, non tamen sollemnibus in supplicationibus deferenda, publicae christifidelium venerationi proponantur; itemque ut eiusdem Servae Dei imagines radiis decorentur permittimus. Eadem praeterea auctoritate Nostra largimur ut de ea quotannis Missa celebretur et Officium recitetur de Communi Virginum cum lectionibus et orationibus propriis per Nos adprobatis, servatis rubricis, sed tamen in dioecesi tantum Savonensi in qua Dei Famula non modo nata est sed et ipsa migravit ad Dominum nec non in templis ac sacellis, ubique terrarum sitis, quibus tum Institutum Filiarum Nostrae Dominae a Misericordia tum Fratrum Minorum Ordo utuntur ab omnibus fidelibus, qui horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missas attinet, ab omnibus presbyteris tam saecularibus quam religiosis ad templa sive sacella, in quibus festum agatur, convenientibus. Denique concedimus ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Dei Famulae Mariae losephae Rossello, Fundatricis Instituti Filiarum Nostrae Dominae a Misericordia praelaudatis supradicta in dioecesi Savonensi celebrantur, nec non in templis sive sacellis ipsis memoratis, diebus légitima auctoritate designandis, intra annum ab eisdem sollemnibus in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana peractis. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apo-

stölicis, nec non decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuslibet. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, dummodo manu Secretarii enunciatae Sacrorum Rituum Congregationis subscripta sint, atque eiusdem Congregationis sigillo munita, eadem prorsus fides adhibeatur in disceptationibus quoque iudicialibus, quae Nostrae voluntatis significatam, hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vi m. Novembris, an. MCMXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

MOTU PROPRIO

DE ORDINANDIS TRIBUNALIBUS ECCLESIASTICIS ITALIAE PRO CAUSIS NULLITATIS MATRIMONII DECIDENDIS.

PIUS PP. XI

Qua cura quave diligentia Sancta Mater Ecclesia decurrentibus saeculis iura et firmitatem Sacramenti Magni tutaverit, universa testatur historia, ut recenter in Litteris Encyclicis « Casti connubii » breviter adumbravimus.

Et merito quidem, cum matrimonium christianum non modo ad coniugum spirituale itemque temporale bonum tendat, sed praecipue ad prolis generationem sit divinitus ordinatum, ut genus humanum, iuxta Dei praeceptum, « crescat repleatque terram », sitque proinde matrimonium simul et Ecclesiae et Reipublicae verum et unicum seminarium.

Cum vero matrimonium ipsum in contractu ad Sacramenti dignitatem evecto consistat, nonnumquam evenire potest, contractum ipsum, et consequenter Sacramentum, nullitate laborare, eo quod coniuges contrahendi incapaces exstiterint, vel aliquo canonico impedimento dirimente praepediti fuerint, aut quia coactum attulerint consensum, vel eundem consensum non valida expresserint forma, et ita porro.

Hisce in casibus iudicium ferre de validitate aut nullitate matrimonii ad Ecclesiam exclusive pertinet, quae ad rem adhibet tribunalia ecclesiastica ad tramitem canonum constituta, quaeque iuxta normas ad hoc latas procedere in tam gravi negotio tenentur, prouti vel recentissime salubriter et conspicue provisum est per Instructionem S. C. de Disciplina Sacramentorum die xv mensis Augusti, a. MDCCCCXXXVI datam, quam hisce Apostolicis Litteris Motu Proprio datis confirmatam volumus,

pro omnibus tribunalibus valituram, salvis, pro Tribunalibus Apostolicis, eorundem peculiaribus normis.

Quam autem arduum sit munus definiendi utrum in casu concreto Sacramentum matrimonii validum exstiterit necne, quisquis facile percipiet, si prae oculis ponat naturam controversiae a tribunali dirimendae. Ita pariter superfluum videtur pericula et damna declarare quae, ex fortuito errore vel in iure vel in facto a iudice admisso, et partibus **et** matrimoniali instituto **et** bonis sive familiarum sive civilis societatis ipsius obvenire possint.

Quod si sapientissimus ille Rex Salomon ad Dominum humiliter clamare cogebatur : « Quis poterit iudicare populum istum, populum tuum hunc multum? » (III, Reg. I, 9) cum tamen de iudiciis temporalibus non autem de spiritualibus ageretur, quamnam excellentiam sive virtutum moralium, sive scientiae, sive prudentiae, sive ingenii necessariam putavimus pro iudicibus ecclesiasticis, ut suo muneri ipsi pares inveniantur?

Merito, proinde, praelaudata Instructio ait : « Attenta harum causarum gravitate necnon diificultate, tum quoad leges procedurales servandas, tum quoad intrinsecum causae meritum, Episcoporum est, *graviter onerata eorum conscientia,* caute et diligenter seligere sacerdotes, quorum prudentia et probitas sit omni exceptione maior, quique *laurea* vel saltem licentia in iure canonico sint praediti, sin minus scientia et experientia iuridica *vere* polleant » (art. 21).

Facili prorsus negotio, igitur, quisquis percipit cur in Italia, ubi, ob magnum dioecesium numerum, permultae parvo territorio exiguoque clero constant, gravi immo quandoque insuperabili difficultate afficiantur Ordinarii in officialibus et iudicibus vere peritis suo tribunali praeponendis. Quae proinde difficultas si prae oculis ponatur, manifesta apparet necessitas assignandi pro tractatione causarum matrimonialium quaedam tribunalia, numero pauciora, quae, omnibus numeris absoluta, rite **et** laudabiliter proprio munere fungi queant.

Postquam, ergo, Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum, plurium annorum labore, accurate notitias circa tribunalia causasque matrimoniales ab Ordinariis Italiae conquisierit eorumque vota receperit, et postquam super praesenti negotio peritorum vota postulaverit, rem totam in suis Plenariis Comitiis diei XXII mensis Iulii currentis anni, intervenientibus quoque Eminentissimis Patribus S. C. Consistorialis, Nobis decernendam proposuit.

Quapropter, Eminentissimorum Patrum votis mature perpensis, Motu Proprio, certa scientia ac de Apostolicae plenitudine potestatis, haec omnia, quae sequuntur, statuenda decrevimus ac decernimus :

I. .Singula quaeque Regio Conciliaris seu Ecclesiastica Italiae constituet circumscriptionem unicam unumque habebit regionale tribunal quoad tractationem et decisionem causarum de nullitate matrimoniorum. Ideoque in prima instantia tractabuntur causae Regionis Conciliaris I) Pedemontanae apud tribunal *Taurinense;* 2) Longobardiae, apud *Mediolanense;* 3) Liguriae, apud *Ianuense;* 4) Aemiliae, apud *Mutinense;* 5) Venetae, apud *Venetiarum;* 6) Romandiolae, apud *Bononiense;* 7) Aetruriae, apud *Florentinum; 8)* Umbriae, apud *Perusinum;* 9) Picenae, apud *Firmanum;* 10) Latii, apud Tribunal *Vicariatus Urbis;* II) Aprutinae, apud *Teatinum;* 12) Beneventanae, apud *Beneventanum;* 13) Lucanae et Salernitanae, apud *Salernitanum;* 14) Campanae, apud *Neapolitanum;* 15) Apuliae, apud *Barense;* 16) Calabriae, apud *Rheginense;* 17) Siciliae, apud *Panormitanum;* 18) Sardiniae, apud *Calaritanum.*

II. Pro tractatione praedictarum causarum in gradu appellationis, incolumi semper facultate directe provocandi ad Sacram Romanam Rotam iuxta can. 1599, § 1, n. 1 Codicis I. C, ad quam Vicariatus Urbis semper appellabit, ita procedetur :

Ad tribunal Taurinense deferentur causae in prima instantia tractatae apud tribunal *Ianuense;* ad tribunal Ianuense, quae apud tribunal *Mediolanense;* ad tribunal Mediolanense, quae apud tribunalia *Taurinense* et *Venetiarum;* ad tribunal Venetiarum, quae apud tribunal *Bononiense;* ad tribunal Bononiense, quae apud tribunalia *Florentinum* et *Mutinense;* ad tribunal Florentinum, quae apud tribunalia *Perusinum* et *Firmanum;* ad tribunal Vicariatus Urbis, quae apud tribunalia *Neapolitanum* et *Calaritanum;* ad tribunal Neapolitanum, quae apud tribunalia *Panormitanum, Rheginense, Salernitanum* et *Bcneventanum;* ad tribunal Beneventanum, quae apud tribunalia *Barense* et *Teatinum.*

III. Officiales, iudices, promotores iustitiae, defensores vinculi aliique administri horum tribunalium — excepto tribunali Vicariatus Urbis, cuius Officialis, iudices, etc. ab ipso Summo Pontifice, proponente Eminentissimo Cardinali Urbis Vicario, nominabuntur — deligendi sunt et constituendi, ad definitum tempus, ab Excmis Ordinariis in Coetibus Regionalibus.

IV. Horum tribunalium iura et officia necnon practicam agendi rationem Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum definiet, etiam circa tempus quo quae supra statuimus exsecutioni demandanda sint, necnon circa normas temporarias relate ad causas pendentes.

V. Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum vigilem sedulamque, pro suo munere, det operam, ut tum Officiales, tum iudices,

tum, praesertim, promotores iustitiae et vinculi defensores muneribus suis rite naviterque perfungantur iuxta normas ab eadem S. O. editas vel edendas.

Haec statuimus, non obstantibus quibuslibet in contrarium facientibus, licet speciali mentione dignis.

Datum Romae, apud S. Petrum, die **VIII** Decembris, in Festo Conceptionis Immaculatae B. Mariae V., anno **MCMXXXVIH**, Pontificatus Nostri decimo septimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

BITURGENSIS-CIVITATIS CASTELLI

DECRETUM

DE FINIUM DIOECESIUM MUTATIONE

Quum ab Apostolica Sede expostulatum fuerit ut pars aliqua territorii paroeciae S. Laurentii in *Cospaia,* in dioecesi Civitatis Castelli, dismembraretur, et paroeciae S. Ioannis Baptistae in *Trebbio,* dioecesis Biturgensis, aggregaretur, et vicissim pars paroeciae S. Nicolai in *8. Francisco* in dioecesi Biturgensi, ab eadem seiungeretur et paroeciae S. Laurentii in *Cospaia,* in dioecesi Civitatis Castelli attribueretur, ita ut fines praefatarum dioecesium finibus civilium provinciarum Perusinae et Aretinae cohaereant, Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia Pp. XI, habito favorabili voto Excmorum Episcoporum utriusque dioecesis, idque in bonum fidelium cessurum cernens, petitam finium mutationem benigne statuere dignatus est. Quapropter praesenti Consistoriali Decreto a paroecia S. Laurentii in *Cospaia* partem illam territorii quae in finibus provinciae Aretinae invenitur, separat eamque paroeciae S. Ioannis Baptistae in *Trebbio,* dioecesis Biturgensis, perpetuo attribuit; simulque partem territorii paroeciae S. Nicolai in *8. Francisco,* quae intra provinciam Perusinam continetur, dismembrai et paroeciae S. Laurentii in *Cospaia,* dioecesis Civitatis Castelli, in perpetuum attribuit; mutatis hac ratione utriusque dioecesis finibus.

Ad haec autem exsecutioni mandanda eadem Sanctitas Sua deputare dignata est Exc. P. D. Pompeum Ghezzi, Episcopum Biturgensem, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate con-

stitutum, facto onere quam citius remittendi ad hanc S. Congregationem Consistorialem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 22 Octobris 1938.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. © S.

V. Santoro, *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 3 Decembris 1938. — Titulari episcopali Ecclesiae Aeliensi praefecit R. D. Davidem Mathew, ex archidioecesi Cardilfensi, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Arcturi S. R. E. Card. Hinsley, Archiepiscopi Westmonasteriensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Ostracinensi R. D. Fridericum Hünermann, parochum in dioecesi Aquisgranensi, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Hermanni Iosephi Sträter, Episcopi Caesaropolitani et Administratoris Apostolici dioecesis Aquisgranensis.

die 6 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Brigantiensi Exc. P. D. Abilium Vaz das Neves, hactenus Episcopum Coccinensem.

die 10 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Fernensi R. D. Iacobum Staunton, Canonicum Capituli Cathedralis et Rectorem Seminarii Ossoriensis.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XI, successivis decretis S. C. Pro Ecclesia Orientali, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore providere dignatus est, nimirum :

die 30 Septembris 1988. — Titulari episcopali Ecclesiae Bathnensi praefecit R. D. Gabrielem Naamo, quem deputavit Administratorem Apostolicum pro Cbaldaeis Siriae, Libani, Altae Gazirae, et Hatay (Alexandrettae).

die 15 Octobris. — Titulari episcopali Ecclesiae Comanensi in Armenia praefecit R. D. Suleiman Kutchuk Ousta, quem deputavit Auxiliarem Patriarchae Babylonensis Chaldaeorum pro dioecesi patriarchali Mausiliensi Chaldaeorum.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis, ut infra, datis decretis Sacri Consilii Christiano Nomini propagando, Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XI dignatus est sequentes providere Ecclesias, nimirum :

die 8 Novembris 1988. — Titulari episcopali Ecclesiae Ascalonitanae praefecit R. P. Paulum Mazò, e Congr. Sacrorum Cordium Iesu et Mariae (Picpus), quem deputavit Vicarium Apostolicum Insularum Tahiti.

die 19 Novembris, — Titulari episcopali Ecclesiae Rusicadensi R. P. Gulielmum Rice, S. I., quem deputavit Vicarium Apostolicum Belizensem.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì, 15 dicembre 1938, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza S. E. il Sig. Dott. SANTOS DOMINICI, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario del Venezuela, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SAGRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 6 dicembre 1938, nel Palazzo Apostolico di San Callisto, alla presenza dell'Emo e Revmo Signor Cardinale Carlo Salotti, Prefetto della S. Congregazione dei Riti e Ponente o Relatore della causa di canonizzazione della Beata Maria da Santa Eufrasia Pelletier, fondatrice delle Suore del Buon Pastore, si è adunata, in seduta *antepreparatoria,* la medesima S. Congregazione dei Riti, con l'intervento dei Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi, per la discussione di due miracoli, che si asseriscono operati ad intercessione della suddetta Beata e che vengono proposti per la sua solenne canonizzazione.

Martedì, 13 dicembre 1938, nel Palazzo Apostolico di San Callisto, alla presenza di Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Carlo Salotti, Prefetto della S. Congregazione dei Riti e Ponente o Relatore della causa di beatificazione della Ven. Serva di Dio Maria Crocifissa di Rosa, fondatrice della Congregazione delle Ancelle della Carità, si è adunata la S. Congregazione dei Riti in seduta *antepreparatoria,* con l'intervento dei Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi, per discutere su due miracoli che si asseriscono operati ad intercessione della predetta Venerabile Serva di Dio.

Martedì, 20 dicembre 1938, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e dei Revmi Prelati Officiali, nella quale si è discusso sulla introduzione della causa di beatificazione e canonizzazione :

1) del Servo di Dio Luigi Guanella, sacerdote e fondatore della Congregazione dei Servi della Carità e delle Figlie di S. Maria della Provvidenza;

2) della Serva di Dio Clelia Barbieri, fondatrice delle Suore Minime dell'Addolorata.

Si è discusso anche sulla revisione degli scritti :

B) del Servo di Dio Marco Antonio Barbarigo, cardinale e vescovo di Montefiascone ;

4) del Servo di Dio Pietro Monnereau, sacerdote e fondatore della Congregazione delle Suore dei Sacri Cuòri;

5) del Servo di Dio Pietro Giuseppe De La Clorivière, sacerdote professo della Compagnia di Gesù;

6) del Servo di Dio Bartolo Longo;

7) del Servo di Dio Pier Giorgio Frassati;

8) della Serva di Dio Maria del Sacro Cuore di Gesù, fondatrice dell'Istituto delle Ancelle del Sacro Cuore di Gesù.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

24 novembre 1938. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Giuseppe Pizzardo, *Memiro della Sacra Congregazione de Propaganda Fide.*

3 dicembre » S. E. Revma Monsig. Francesco Morano, *Consultore dalla Suprema Sacra Congregazione del S. Offizio.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

12 novembre 1938. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Domenico Jorio, *Protettore delle Adoratrici perpetue del Ssmo Sacramento* (Roma).

14 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Carlo Salotti, *Protettore della Congregazione dei Servi della Carità* (Como).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Carlo Salotti, *Protettore dell'Istituto delle Figlie di S. Maria della Provvidenza* (Como).

23 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore delle Suore Compassioniste Serve di Maria* (Castellammare di Stabia).

28 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Federico Tedescbini, *Protettore dell'Istituto delle Maestre Pie « Venerint»* (Roma).

30 novembre 1938. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Carlo Salotti, *Protettore dell'Istituto delle Suore Trinitarie di Valence* (Francia).

3 dicembre >< L'Emo e Revmo Signor Cardinale Raffaello Carlo Rossi, *Protettore dell'Istituto delle Suore Àdorairici del Ssmo Sacramento di Rivolta d'Adda* (Cremona) .

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Maglione, *Protettore della Congregazione delle Suore delle Poverelle* (Bergamo).

5 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Carlo Salotti, *Protettore dei Missionari d'Africa* (Padri Bianchi).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Maglione, *Protettore dell'Istituto delle Ausiliatrici del Purgatorio.*

9 » D L'Emo e Revmo Signor Cardinale Federico Tedeschini, *Proiettore dell'Istituto delle Figlie di S. Francesco di Sales di Lugo di Romagna* (Imola).

14 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale PietroFumasoni Biondi, *Protettore dell'Istituto delle « Pie Madri della Pigrizia »* (Verona).

16 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Maglione, *Protettore dei Fratelli di Nostra Signora di Lourdes* (Oostaker, Gand).

20 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Nicola Canali, *Protettore dell'Ordine dei Servi di Maria.*

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Nicola Canali, *Protettore dell'Istituto delle Suore Martellate Serve di Maria* (Pistoia).

NECROLOGIO

28 ottobre 1938. Monsig. Bartolomeo Stanislao Wilson, Vescovo tit. di Acmonia.

14 novembre » Monsig. Camillo van Ronslé, Vescovo tit. di Timbriade.

26 » » Monsig. Antonio Bahaban, Vescovo di Cesarea di Cappadocia degli armeni.

4 dicembre » Monsig. Giuseppe Teodorowicz, Arcivescovo di Leopoli degli armeni.

» » Monsig. Alfonso Archi, Arcivescovo Vescovo di Cesena.

» » Monsig. Donaldo Martin, Vescovo di Argyll e Isole.

» » Monsig. Goffredo Zaccherini, Vescovo tit. di Memfi.

COMMISSIO PONTIFICIA DE RE BIBLICA

MONITUM

DE PRAEMIIS A PONTIFICIA COMMISSIONE BIBLICA CONFERENDIS

A Pontificia Commissione de Re Biblica, anno 1939, duplex praemium, utrumque centum dollariorum, pro dissertationibus de argumento biblico conscribendis distribuetur.

Argumenta tractanda haec sunt :

1. Pro primo praemio obtinendo : *8. Ignatius Antiochenus novitne quartum Evangelium?*

Textus tum quarti Evangelii tum S. Ignatii lingua graeca referendi sunt.

2. Pro secundo praemio obtinendo : *De charitate erga proximum in Veteri Testamento.*

Ius ad primum praemium contendendi iis omnibus iisque solis competit, qui inter auditores cursus theologici in Seminario quodam Maiori adscripti sunt.

Ius autem ad secundum praemium contendendi iis omnibus iisque solis competit, qui scholas Facultatis cuiusdam theologiae vel Athenaei, cui fas est gradus academicos conferre, frequentant.

Dissertationes linguis latina, anglica, gallica, germanica, hispanica, italica exarari poterunt, at scriptoria machina conscriptae esse debent.

Nomen auctoris non in ipsa dissertatione, sed in folio seiuncto indicabitur simul cum inscriptione Seminarii vel Facultatis seu Athenaei cuius auctor est alumnus et cum attestatione Rectoris vel Magistri Sacrae Scripturae. Folium hoc obsignatum exterius lemmate notetur, initio dissertationis repetendo, ac simul cum ipsa dissertatione usque ad diem 31 mensis octobris anni 1939 ad infrascriptum Secretarium Pontificiae Commissionis Biblicae Romam mittatur.[1]

De collatione praemiorum decernent Emi DD. Cardinales Pontificiae Commissioni Biblicae praepositi, iuxta legitima suffragia Revmorum DD. Consultorum eiusdem. Ubi res postulaverit, praemia constituta etiam duobus candidatis per partes aequales vel proportionatas adiudicari poterunt. Sententia vero in Actis Apostolicae Sedis publici iuris fiet.

Romae, die 31 Octobris 1938.

Ioannes Baptista Frey, C. S. Sp., *Secretarius.*

[1] **Al Rev. Padre Giov. Battista Frey, Segretario della Pontificia Commissione Biblica, via Santa Chiara, 42. — Roma (117).**

An. et Vol. XXX 31 decembris 1938 (Ser. II, v. V) - ffum. 15

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

INDEX GENERALIS ACTORUM

(AN. XXX — SER. II v. V)

I. - ACTA PII PP. XI

II. - ACTA SS. CONGREGATIONUM

II

INDEX DOCUMENTORUM CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

I - ACTA PII PP. XI

I - LITTERAE DECRETALES

II - CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

V - BPISTTJLAE

II - ACTA SS. CONGREGATIONUM

I - SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

II - SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

VI - SACRA CONGREGATIO RITUUM

VII - SACRA CONGREGATIO
PRO NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS

VITI - S. CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

III - ACTA TRIBUNALIUM

i - SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

II - SACRA ROMANA ROTA

IV - ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

V - APPENDIX

VICARIATUS URBIS

INDICES NOMINUM

I. - INDEX NOMINUM PERSONARUM

(OMITTUNTUR NOMINA ACTIS SUBSCRIPTA)

E

F

R

IT - INDEX NOMINUM DIOECESIUM VICARIATUUM, ETC.

D

M

N

O

U

V

III - INDEX NOMINUM RELIGIONUM

M

O

P

S

T

U

I V

INDEX RERUM ANALYTICUS

I

J

E

L

M

N

O

P.

U

S

T

Quaedam corrigenda in vol. XXX (1938) Commentarii *Acta Apostolicae Sedis.*

Pag. 93, linea 18 textus Constitutionis, loco *canonis 219 § 2,* lege: *canonis 319 §2.*

Pag. 103. Provisio Ecclesiae tit. Latopolitanae decreta est, non *die 10 Martii,* sed *die 10 Februarii 1938.*

Pag. 222, linea 3 textus Epistulae, loco *pro,* lege: *quo.*

Pag. 270, in textu Decreti supprimatur linea 17 et post lineam 15 addatur: *...natio evenit. Soror Delphina Grazioli, e religiosa Venerabilis familia,...*

TRIGESIMUM VOLUMEN

COMMENTARII OFFICIALIS « ACTA APOSTOLICAE SEDIS »

ABSOLVITUR DIE XXXI DECEMBRIS MDCCCCXXXVIII

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

Anno X Città del Vaticano, lunedì 2 maggio 1938 Num. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

SUPPLEMENTO PER LE LEGGI E DISPOSIZIONI

DELLO STATO

DELLA CITTA DEL VATICANO

Pontificato di S. S. PIO XI - Anno **XVII**

N. LXI. - Ordinanza del Governatore dello Stato relativa alla fabbricazione ed emissione di monete.

2 maggio 1938

IL GOVERNATORE DELLO STATO

Visto l'art. 5 della legge fondamentale dello Stato, 7 giugno 1929, n. I;

Vista la convenzione monetaria tra lo Stato della Città del Vaticano ed il Regno d'Italia, firmata il 2 agosto 1930;

Vista la legge monetaria 31 dicembre 1930, n. XXI;

Visto il regolamento per l'esecuzione della legge monetaria 31 dicembre 1930, n. XXI, approvato con il decreto 15 luglio 1931, n. XXII;

Vista la legge 14 dicembre 1931, n. XXIV, che autorizza la emissione di monete in esecuzione della convenzione .monetaria italo-vaticana;

Vista la legge 16 novembre 1937, n. LX, che apporta modificazioni alla legge monetaria 31 dicembre 1930, n. XXI;

Udito il parere del Consigliere generale dello Stato;

ORDINA

Art. 1. - È autorizzata la fabbricazione e l'emissione di monete :

a) d'oro, per un ammontare non eccedente i cinque milioni di lire;

b) di argento, di nichelio e di rame per un ammontare complessivo di ottocentomila lire, così ripartito :

L.	200.000	in monete	di argento	da L.	10 —	ciascuna
»	400.000	»	»	»	5 —	
»	80.000	»	di nichelio	»	2 —	
»	70.000	»	»	»	1 —	
»	26.000	»	»	»	0,50	
»	12.800	»	»	»	0,20	
»	8.100	»	di rame	»	0,10	
»	3.100	»	»	»	0,05	

Art. 2. - Le monete di cui all'articolo precedente recheranno la data : 1937 e, per l'anno di Pontificato, la indicazione : XVI.

Art. 3. - È altresì autorizzata la fabbricazione e l'emissione di monete d'oro, per un ammontare non eccedente i cinque milioni di lire, recanti la data 1936 e, per Panno di Pontificato, l'indicazione : XV.

Art. 4. - Tutte le disposizioni di cui nel regolamento approvato con decreto 15 luglio 1931, n. XXII, non contrarie a quelle della presente ordinanza, continueranno ad essere applicate e sono estese anche alle emissioni di cui agli articoli precedenti.

Art. 5. - La presente ordinanza sarà pubblicata, oltre che nei modi ordinari, mediante affissione alla porta degli Unici del Governatorato e nel Cortile di S. Damaso, ed entrerà in vigore nello stesso giorno della sua pubblicazione.

Città del Vaticano, due maggio millenovecentotrentotto.

IL GOVERNATORE

C. SERAFINI

Anno X Città del Vaticano, mercoledì 15 giugno 1938 Num. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

SUPPLEMENTO PER LE LEGGI E DISPOSIZIONI DELLO STATO

DELLA CITTA DEL VATICANO

Pontificato di S. S. PIO XI - Anno XVII

N. LXIL - Ordinanza del Governatore dello Stato relativa alle corrispondenze da inoltrarsi per via aerea ed alla emissione di una serie di speciali francobolli di posta aerea.

15 giugno 1938

IL GOVERNATORE DELLO STATO

Visto l'art. 5, capov. 1, della legge fondamentale dello Stato, 7 giugno 1929, n. I, nonché gli articoli 2 e 20, lettera c), n. 5, della legge 7 giugno 1929, n. II, sulle fonti del diritto;

Vista l'ordinanza 30 giugno 1929, n. VIII, relativa al servizio postale;

Vista la Convenzione e gli accordi postali internazionali conclusi al Cairo il 20 marzo 1934;

Udito il parere del Consigliere generale dello Stato;

ORDINA

Art. 1. - A partire dal 22 giugno 1938 il servizio postale di cui all'art. 1 della ordinanza 30 luglio 1929, n. VIII, comprenderà anche le corrispondenze da inoltrarsi per via aerea.

Art. 2. - Le corrispondenze di cui all'articolo precedente sono soggette al pagamento, oltre che della tassa di affrancazione ordinaria, di

una sopratassa nella misura eguale a quella risultante dalle tariffe in vigore nel Regno d'Italia.

Art. 3. - Per la riscossione delle sopratasse di cui all'art. 2 della presente ordinanza, è autorizzata la emissione di speciali francobolli da centesimi 25; 50; 75 e 80 e da lire 1; 2; 5 e 10.

Art. 4. - I francobolli, stampati in calcografìa, su carta filigranata, avranno le caratteristiche stabilite nella tabella annessa alla presente ordinanza.

Art. 5. - La presente ordinanza sarà pubblicata, oltre che nei modi ordinari, mediante affissione alla porta degli Unici del Governatorato e nel Cortile di S. Damaso.

Città del Vaticano, quindici giugno millenovecentotrentotto.

IL GOVERNATORE

C. SERAFINI

CARATTERISTICHE DEI FRANCOBOLLI •

Valore da Cent. 25 :

Colore seppia. Soggetto : Statua di S. Pietro sul piazzale della Basilica Vaticana : nello sfondo il frontone della facciata col Cristo benedicente. Dicitura : TV ES PETRVS.

Valore da Cent. 50 :

Colore verde oliva. Soggetto : Colomba in volo con ramoscello di olivo : nello sfondo la piazza di S. Pietro con il lato settentrionale del porticato e il Palazzo Pontificio. Dicitura : PORTANS RAMVM OLIVAE.

Valore da Cent. 75 :

Colore rosso bruno. Soggetto : il carro di fuoco che trasporta in cielo il profeta Elia. Dicitura : ET ASCENDIT ELIAS PER TVRBINEM IN COELVM.

Valore da Cent. 80 :

Colore bleu scuro. Soggetto : Un gruppo di angeli trasporta in volo la Santa Casa sulla quale appare la Vergine Lauretana. Dicitura : VIRGO LAVRETANA SVCCVRRE TRANSVOLANTIBVS.

Valore da Lire 1 :

Colore viola malva. Soggetto e dicitura come il francobollo da Cent. 25.

Valore da Lire 2 :

Colore oltremare chiaro. Soggetto e dicitura come il francobollo da Cent. 50.

Valore da Lire 5 :

Colore nero azzurro. Soggetto e dicitura come il francobollo da Cent. 75.

Valore da Lire 10 :

Colore viola. Soggetto e dicitura come il francobollo da Cent. 80.

Tutti i francobolli sopra descritti saranno di formato verticale ordinario : recheranno la dicitura : POSTA AEREA VATICANA e l'indicazione del valore, ed avranno le dimensioni di mm. 17 x 21, esclusi i margini.

V° Il GOVERNATORE

C. SERAFINI

Anno X Città del Vaticano, mercoledì 12 ottobre 1938 Num. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

SUPPLEMENTO PER LE LEGGI E DISPOSIZIONI
DELLO STATO

DELLA CITTA IH DEL VATICANO

NiH|||plÚP^

Pontificato di S. S. PIO XI - Anno XVII

__V\ "X V--^,V-N.-

N. LXIII. - Ordinanza del Governatore dello Stato relativa alla emissione di una serie di francobolli commemorativi del IY Congresso internazionale di archeologia cristiana.

12 ottobre 1938

IL GOVERNATORE DELLO STATO

Visto l'art. 5, capov. 1, della legge fondamentale dello Stato, 7 giugno 1929, n. I, nonché gli articoli 2 e 20, lettera *c)*, n. 5, della legge 7 giugno 1929, n. II, sulle fonti del diritto;

Vista l'ordinanza 30 giugno 1929, n. VIII, relativa al servizio postale;

Udito il parere del Consigliere generale dello Stato;

ORDINA

Art. 1. - È autorizzata l'emissione di una serie di sei specie di francobolli commemorativi del IV Congresso internazionale di archeologia cristiana, da valere pel pagamento delle tasse relative alle corrispondenze in partenza dalla Città del Vaticano.

Art. 2. - Il valore dei singoli francobolli di cui all'articolo precedente sarà rispettivamente di centesimi 5, 10, 25, 75, '80 e lire 1,25.

Art. 3. - I francobolli saranno stampati in rotocalco con le seguenti caratteristiche :

a) I sei valori, delle dimensioni di mm. 21 x 37, esclusi i margini, hanno i seguenti colori : cent. 5, bruno; cent. 10, arancione; cent. 25, verde; cent. 75, rosso; cent. 80, violetto; lire 1,25, bleu.

b) I francobolli da centesimi 5, 10 e 25 rappresentano la Cripta di S. Cecilia nel Cimitero di Callisto sulla via Appia e quelli da centesimi 75, 80 e lire 1,25, rappresentano la Basilica dei Ss. Nereo ed Achilleo nel Cimitero di Domitilla sulla via Ardeatina.

c) Tutti i valori sopra descritti recano in basso, a sinistra, la dicitura POSTE VATICANE}, nel centro la indicazione ROMAE MCMXXXVIII e, a destra, il valore del francobollo.

A sinistra della vignetta è posta la iscrizione : CONGRESSUS INTERNAT. e, a destra : ARCHAEOLOGIAE CHRIST.

Art. 4. - I francobolli di cui agli articoli precedenti avranno corso dalla entrata in vigore della presente ordinanza.

Art. 5. - La presente ordinanza sarà pubblicata, oltre che nei modi ordinari, mediante affissione alla porta degli Uffici del Governatorato e nel Cortile di S. Damaso, ed entrerà in vigore nello stesso giorno della sua pubblicazione.

Città del Vaticano, dodici ottobre millenovecentotrentotto.

IL GOVERNATORE

C. SERAFINI